dolorū. Sicut. n. dicit⁹ est bel⁹ ab assiriis sic ⁊ alie nationes secundū ydeomata lin gue sue dixerūt. alie bel. alie beel. alie ba al. alie baalim. Imo ⁊ nomīa specificaue rūt alie beelphegor. alie beelzebub dicen tes. Hz tandē serīē genealogie sem prose quamur. De generatiōe Sem. Cap. XXXIX.

Sem cētū anno rū erat q̄n genuit arfarat biēnio post diluuium. Repugnare huic videt quod dictum est supra quingentesimo anno noe natum Sem. et sexcentesimo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

inundaſſe diluuiū. Ergo poſt diluuium cētenarij erat ſem. et biēnio poſt centū et duorū annorū. Sed mos ē ſacre ſcripture ſepe numeros numerorū ponere. paucis annis ſi ſupfluerint tacitis. ℙōt ergo dici q ſem centū annorū erat ⁊ duoruz. ſed duos tacuit ſcriptura. vel noe cuz genuit eū quingentorū ⁊ duorū. vel duo deerāt ad ſexcētos cū inundauit diluuium. Vel ita legaſ littera. Sem centū annorū erat poſt diluuiū. et erat biēnio poſt diluuiū quādo genuit arfaxat. Joſephꝰ autez dicit. Sem filius arfaxat natus ē poſt annos duodecim facti diluuij. qō forte vicīū ſcriptoris ē. Arfaxat genuit sale. qui ī luca vocaſ caynā. qui condidit ſalem. qui heber. a quo hebrei dicti ſunt ſecundū ioſephum. Tamē auguſtinus dicit. Merito queritur vtruz ab heber dicti ſunt hebrei. vel ab abraham quaſi abrahei. ℍeber genuit phalech ⁊ iectā ℙhalech hebraice diuiſio. eo q in diebꝰ eius p diuiſione linguarū diuiſe ſunt gētes. et diuiſio terrarū facta. ſed ſub iſto p cipue facta dicit. quia in iſto et in filiſ eiꝰ remanente lingua antiqua. alij quaſi ab eo diuiſi ſunt. ℙhalech genuit reu. vel regau. qui ſarug. qui nachor. qui thare. Thare cū eſſet ſeptuaginta annorum. genuit abram. nachor ⁊ arā. ⁊ eſt ordo ꝓpheticus. Aram enī primogenitus. ⁊ abraz vltimus fuit. et forte nō genuit eos cū eſſet huius tēporis ſed tūc cepit generare. ⁊ ſuis temporibꝰ eos genuit. ſ. per diuerſa tempora. ita q iā centū viginti annorū erat cū genuit abrā. qui fuit vltimus. In thare terminatur ſecūda etas. habens ſecundū ſeptuaginta mille. lxxij. annos. ſecundū methodiū ciliadē. ſecundum hebraicam veritatē annos. cc. xcij. Et tot anni ſunt ſecundū ioſephū. Qui ſuenit ī gloſa ſup lucam. In quadam enumeratiō e generatiōis chriſti de caynan reperies perō. m. locū iſtū correxiſſe. Jta breuem faciūt nos dicti ioſephꝰ hāc etatē hebrei. vſq ad natiuitatē thare. ſed vſq ad natiuitatē abrahe extendit hec etas. ℙorro aram genuit loth. et ieſchā qui et ſarai. ⁊ melchā. et mortuꝰ eſt ante patrē ſuum in hur chaldeorū. Et eſt nomē ciuitatis hur ſecundū ioſephū. ⁊ ibi hactenus ſepultura eius oſtēditur. ℍebrei hur ignē dicūt inde fabulātur. q chaldei in ignē p quez tranſiebāt paruulos proiecerūt abram ⁊ arā. quia nolebāt ignē adorare. et arā ibi exſpirāte abrā dei auxilio eſt liberatus. Unde dicit. Ego ſuz qui eduxi te de hur chaldeorū. Thare ergo odio habēs terrā ꝓpter luctū arā. nec valēs ſuſtinere iniurias que fiebāt ei vt ignē coleret. ſtatuit peregrinari. et dedit nachor melchā vxorem. abre vero ſarai. qui et loth fratrē vxoris in filium adoptauit. quia ſarai ſterilis erat. De egreſſu thare et ſuorū de chaldea. Cap. XL.

Egreſſuſ eſt ergo thare cum illis vt irent in terrā chanaan. venerūtq vſq ad aram meſopotamie ciuitatez. lxx. ponunt charram. quia cum. h. aſpiratiōnē vtrobiq habeat ī grecū vertere nō potuerūt. ch. pro vtraq aſpiratiōe poſuerūt. Unde ⁊ filium noe haban dixerūt cham. Inde eſt q varie legiſ oreb vel chorēb. raab vel rachab. Meſopotamia vero a circūfluēntibus aquis nomē accepit. Meſo enī mediū. potamos aqua. ſicut aquileia dicit quaſi aquis ligata. Et facti ſūt dies thare. cc. v. annorū. et mortuꝰ eſt in aram.

De annis abre poſt mortē patris. Cap. XLI.

Jxit autē dominus ad abrā. Egredere de terra tua. ꝛc. Lxxv. annorū erat abrā cuz egrederetur de aram. Joſephus ait. Dimiſit q chaldeam cum. lxxv. annorum eſſet domino iubēte. vt migraret in chananeam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Si ergo post mortē patris abrā erat annorū .lxxv. patet quod dicimus q̄ thare plusq̄ .lxx. annos habebat. cū genuit abrā. Si enim in illa etate genuit abraz . tunc post mortē patris erat abrā .c.lx. annorum Augustinus tamē dicit p̄ recapitulationē hoc esse dictū. Adhuc enī viuēte patre cū esset .c.lxv. annorū ⁊ abram .lxxv. egressus est de arā relinquēs ibi patrē ⁊ fratrē ⁊ in uisione dñi iret ī mesopotamiā dominum locutū ei ⁊ dixisse. Egredere de terra ⁊ cē. nō quia iā esset egressus. sed animū reuertēdi ad eā habebat. q. d. Qui egressus es corpore egredere mente. Hieronimus dicit veram esse hebreorum traditionem qui et annos thare ponūt .lxx. cum genuit abram . et mortuo pre egressū

Thare ergo erat .c. xx. annorum cū genuit Abrami. abraz lxxv. cum pater ob̄ijt.

abram de aram. ⁊ plurimū esse annorum tunc q̄z moyses dicat. sed annos eius cōputatos ab illo tempore quo dei auxilio euasit ignē chaldeorū. vt id ei reputet tēpus etatis. et quo cōfessus est dñm spernēs ydola chaldeorū. Ecce dicit ioseph? iam recidebat vita hominuz .paulatim declinās usq̄ ad moysen. in quo terminū vite quē posuerat dominus cōfirmauit. Centū enim ⁊ .xx. annorum moyses mortuus est.

De aduentu abre in terram canaan. Capi. XLII.

Vlit ergo abrā sarai et loth. et animas quas fecerat in aram id est animātia que ibi acquisierat. et intrauit terrā chanaan. ⁊ venit ad sichē que corrupte sichar sepe legitur. et ad vallem illustrē que pentapolis dicebat tunc .a. v. vrbibus sodomorum. que nunc mare salis vel mortuū dicit. q̄ nil in eo viuit. et nihil in eo mergi potest habēs animā. vel lacus aspalti. i. bituminis quod dicit iudaicū vel vallis salinarū. Apparuit q̄z ei dominus et dixit ei.

Semini tuo dabo terrā hanc. Qui edificauit ibi altare domino. vbi apparuit ei Inde de eo scribit Iosephus ait

Hunc dicitur mare diaboli. cuius suasu ibi peccatum est et multū aluminis ibi reperit.

Primus presumpsit deū vnū creatorem esse cunctorū pnunciare. et hominū opiniones quas ceteri de deo habebāt innouare ⁊ mutare pretulit. Hec autē contigebat p̄ terre passiones ⁊ maris . et eā q̄ contingūt circa solē ⁊ lunaz . et et omnibus que circa celū semp̄ eueniūt. De eōdē berosus meminit dicēs. Post diluuiū decima generatione fuit apud chaldeos vir in celestibus rebus expert?. Inde transgrediens abrā retēdit tabernaculū iter berbel ⁊ bat. et edificauit ibi iterū altare dño. Et preterit abrā vadēs . et ultra p̄gredies ad meridiez. sed quo iuerit subticet moyses breuitatis causā. vel quasi notū . et habitauit in damasco. Ubi ⁊ nomē eius usq̄ nūc in ciuitate damascena habet in gloria. et vicus ostēditur qui ab eo dicit habitatio abrā. Ubi nicola? damascen?. Abram regnauit in damasco. veniēs aduena cū exercitu de terra. que sup̄ babilonē dicitur chaldeorū.

De descensu abre in egiptū ⁊ de reditu eiusdē. Cap. XLIII.

Facta est autem fames magna in terra. et descendit abrā in egiptū. timensq̄ libidinē egiptiorū ne eū p̄pter speciē mulieris occideret. sororē suā eā dixit esse. Et sublata est mulier valde pulchra in domū pharaonis. Abrā ꝛo bñ vsi sūt egiptij p̄pter eaz. Deꝰ ꝛo desideriū regis ipediuit ne tāgeret eā. egritudīe ⁊ tumultu cantarū. Cūq̄ pro salute regis sacrificarent sacerdotes. per iram dei hoc accidisse significauerunt. q̄ vroꝛi peregrini iniuriam inferre voluisset. Vocauitq̄ pharao abram et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

virit ei. Cur nō indicaſti q̄ uxor tua eſt? Ecce uxor tua accipe eā ⁊ vade. Et precepit rex viris ſuis vt deducerent eū. Erat enim diues valde in auro ⁊ argēto. in ſeruis ⁊ ancillis ⁊ iumētis. Arithmeticam ſane ⁊ que de aſtrologia ſunt egiptijs tradidit ante eis ignota. a quibus poſt quenerūt ad grecos. Reuerſuſq̄ eſt abrā vſq̄ ad locū vbi fixerat tabernaculū iter bethel ⁊ hai. Partituſq̄ eſt terrā cum loth dū paſtores eorū inter ſe rixarent pro paſcuis. optionē eriā cōceſſit loth. Et eleuāſ loth oculos. vidit regionē iordanis congruam ſibi. et morat⁹ eſt in oppidis ſodomorū. Abrā vero deſcendit ad cōuallem mambre iuxta hebron. ⁊ habitauit ibi ſeciq̄ ibi altare domino.

Hebron ciuitas ē que cariatharbe dicitur. id eſt ciuitas quattuor. Arbe. n. quattuor cariat ciuitas. ibi enim ſepultus eſt adam maximus. ⁊ Abram yſaac et iacob cū uxoribus ſuis. Mambre vero anel ⁊ eſcol fratres erāt ⁊ cōfederati ſunt abre. Al primo genito eorum vallis cognominata erat. Habitabat autē ibi abrā circa quercum vel terebintum. cuius radices apparent adhuc. Quam prio nomine ioſephus vocauit dicens. Habitabat abraz circa ilicez que vocatur agyga. ibi p̄miſit ei deus q̄ omnem terram circumſtantem. per quattuor partes orbis daret ei ⁊ ſemini eius.

Ebron interpretat coniugiū vel ciuitas. iiij. patriarche cum uxoribus ſuis ibi ſcinerati fuerūt Hec interp̄tatio reperitur in quadam gloſa in actibꝰ apoſtolorum. cap. V. legēs cōſuluit vt ibi ſtoriſs poneret. qō ⁊ ſe feciſſe dixit.

Arbor illa ſecundū Hieronimū vſq̄ ad tēp⁹ theodoſij imperatoris durauit. et ex illa fuiſſe phibetur quemodo eſt. q̄ licet arida tñ medicinalis eſt. de qua qui ſecum habet iumentum eius nō infundit.

De victoria Abre et occurſu melchiſedech. Capi. XLIIII.

Factū eſt autē in illo tēpore vt amraphel rex ſennaar. id eſt babilonis. ⁊c. Jam tñi proceſſerat libido dominandi. q̄ quecz ciuitas regulū habebat. quoz plurimi alicui maiori regi ſeruiebāt. randē omnes ſubditi erant monarcho aſſiriorū. Sane quinq̄ ciuitates ſodomorū ſodoma. ⁊ gomorra. adama. ſebois. bala que ⁊ ſegor quiq̄ reges habebāt Has ſubiugauerat ſibi codolaomor rex elamitarū ⁊ tributarias ſibi fecerat. et duodecim annis ſeruierāt ei in tributo. xiij. noluerūt ſibi dare. Proinde. xiiij. anno codolaomor aſſumens ſibi tres reges babilonis ⁊ pōti. et gentiuz collecto exercitu cōuenerūt in vallez ſilueſtrē. in qua erāt putei bituminis. que peri tā dei poſt verſa eſt in mare mortuum. ⁊ circa adiacentia loca depopulati ſunt. Et egreſſi ſunt quinq̄ reges vt pugnarēt aduerſus. iiij. qui ⁊ terga verterūt. ⁊ cecideruntplurimi. et qui remanſerāt fugerūt ad mōtes. Tulerūt autē victores omnez ſubſtantiā eorū ⁊ captiuos. necnō ⁊ loth ⁊ ſubſtantiā eius. Et ecce vnus qui euaſerat nūciauit hoc abrā hebreo. vel tranſfluuiali q̄ de tranſeufratē venerat. Qui numerauit expeditos vernaculos ſuos. ccc. xviij. ⁊ tres p̄dictos fratres mābre et anel. et eſcol. ⁊ p̄ſecutus eſt eos vſq̄ dan qui ē vn⁹ de fontibꝰ iordanis. ⁊ ab eo oppidū dan dictū ē. quod nūc paneas dicitur. Alter enī fons ioz dicit quibꝰ in vnū federatis iordanis dicit. ⁊ irruit ſup eos nocte. diuiſis ſocijs in tres turmas. dormientes trucidauit. vigilantes p̄ ebrietate pugnare nō valētes effugerūt. Et p̄ſecutus eſt eos vſq̄ hoba. que ē ad leuam damaſci. et reduxit loth. mulieres quoq̄ et populū. et omnem ſubſtantiam eorum. Occurrit autem ei rex ſodomorum forte filius alicui⁹ captiuorum. ad locum qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

voca bestias agri et exhortare illas dicēs Congregamini ⁊ venite.eo q̄ sacrificiuz magnū ūmolo vobis. Ūāducate carnes fortiū.⁊ bibite sanguinē excelsoꝝ. Cūq̄ loqueret dominꝰ cū agar.pransit in tuz bine.⁊ ipsa vidit posteriora dei ⁊ ait. Ūidi posteriora videris me. Et appellauit puteū viuentis ⁊ videris. quia viderat eam dominꝰ.⁊ quasi reddiderat vitā siri enti ostendendo puteū. Ādhuc puteus agar ostendit inter cades ⁊ barath. Que cum rediisset peperit filiū.⁊ vocauit eum ismahelem. Abraham autē erat. lxxvij. annoꝝ cū natus ē ismahel.

De pacto circūcisionis ⁊ mutatiōe nominū abre ⁊ Sarai. Cap.XLVIII.

Postquaz vndecentū annoruz esse ceperat abraham apparuit ei dominus dicēs. Ūulti plicabo semē tuū ⁊ tu custodies pactum meum.hoc.s.circumcidet ex vobis ⁊c. Sz antecq̄ pactū exponat.nomen ei mutat. Dicebatur enim abrahā ex abba ⁊ ram.quasi ab

Legitur ī vita clemētis q̄ abrahā aliuz habuit filiū de agar qui dicit ē elyesdros a quo ipse duxerunt originē.

bara id est excelsus pater.⁊ addita est littera.a.⁊ dictus est abrahā quasi abbaaz. quod sonat pater multarū.subaudit gentium. Hebrei tamen dicūt q̄ de nomine suo tetragrammaton.e.litteram addidit deus abrahe.que tamē sonat.a. ydeoma enī eoꝝ est scribere.a.⁊ sonare.e.⁊ cōuerso. R. autez superaddita est causse eufonie. Et q̄ tempore circūcisionis mutatum ē nomē ei.cum circumcidunt imponunt

Hoc quantū ad interpretationē. non quātū ad abrā.

si quodā caractere populū suum ab alijs discernere. indixit eis circūcisionem sic. Circūcidetur ex vobis omne masculinuz ⁊ circūcideris carnē p̄pucij vestri. Infans octo dierū circūcidetur tam vernacul? q̄ empticius.cuius caro circūcisa nō fuerit pibit aīa illa de populo suo. Quo cultrello fieret nō est preceptū. Quare autē fiebat lapideo.post dicem?. Notandū q̄ seruus primo dict? est a seruādo. Victores enī victos hostes quos ad vitā seruabāt seruos dixerūt. Verna vero vel vernaculus vel vernula qui nutrit? ē domi. Empticius qui in ꝓpria persona emptus est. Originarius qui ⁊ seruus glebe.s.colonus. Dixitq̄ dominꝰ ad abrahā. Nō vltra vocabit vxorē tuā sarai.sed sarā. Qui dicūt mutationē nominis sare sic factam q̄ cum prius per duo.r.scribereť.mō per vnū.errant. Sed cū diceret sarai.i. princeps mea ⁊ quasi vnius gētis.dicta ē sara id est princeps absolute.quasi omniuz gentiū princeps futura. Et attēde quod quantū ad nos. videt.i.littera subtracta ⁊ nulla addita sed apud hebreos additur a.et scribit per.e. Quidā quia sarath hebraice lepram sonat.errauerūt.putantes eam primo leprā vocari. Et ait dominus. Ex illa dabo tibi filiū. ⁊ vocabis nomen eius ysaac. Cecidit abraham in faciem.et risit p̄ gaudio dicens applaudendo Putas ne cētenario nascetur filius.et sara nonagenaria pariet? Et ait dominus. Sara pariet tibi filiū. ⁊ vocabis nomen eius ysaac.quod interpretat risus a risu. s.patris. Ecce secūdo a domino predicit nomē nasciturī. Et adhuc de duob? legit hoc in veteri testamēto.⁊c. De sampsone scz ⁊ iosia.et in nouo de duob tantū iesu ⁊ iohāne. Etiā multiplicationez ismahelis promisit ei dominꝰ. Et cū finitus esset primo domini circūcidit se abrahā ⁊ ismahelem ⁊ omnē suā familiā sexus masculini. Abrahā tunc erat .xcix. annoruz ⁊ ismahel xij.

De tribus angelis susceptis ab abraham. Cap.XLIX.

Apparuit domi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

n? abrahe i ꝙualle mābre. Cūqꝫ eleuaſſꝫ oculos vidit tres viros. et occurrēs. vnū ex eis adorauit. Dicit ioſephus tres angelos in ſpecie humana miſſos. vt vnus nūciaret abrahe verbū dei de filio ſuo. et duo ſubuerterēt ſodomā Euſebius vero ait. Primo omniū ꝓphetarū abrahe verbū dei cū in figura apparuiſſet humana. vocationē gentiū pollicēs. Et ſic apparuit ei filius quē ⁊ adorauit. Sed quia nuſqꝫ legit̄ pater apparuiſſe in ſubiecta creatura. dicit ꝙ duo angeli apparuerūt in teſtimōiū duorū preconiū moyſi ⁊ helye. quorū alter primū preuenit aduentū. alter ꝑueniet ſecundū. Quos ⁊ rogauit abrahā vt diuerterēt ad eū. et paululū comedēdo confortarēr. Qui aſſenſerunt Et feſtinās abrahā ꝑcepit ſare. vt de tribus ſatis ſimile faceret ſubcinericeos panes. Ipe quoqꝫ tulit vitulū de armēto optimū tulitqꝫ butirū ⁊ lac. et vitulū aſſatū ⁊ poſuit coꝝ eis. Veriſimile ē ꝙ prius homīes crediderit. quibus hec xenia parauit. p? angelos dei eſſe cō probauit. De cibo quem ſumpſerunt poteſt dici. quod i maſticādo exinanitus ſit. ſicut aqua calore ignis. Abrahām ſtabat iuxta eos. Sara vero erat poſt oſtium tabernacli. Et dixit angelus. Reuertēs veniam ad te tempore iſto. id eſt eodem die reuoluto anno. et habebat ſara filium. Quo audito riſit ſara. Erant enim ambo ſenes. et deſierant ſare fieri muliebria id eſt menſtrua. Quibus deficientibus. vis pariendi deficit. Si alter iuuenis eſſet. nō eſſet ipoſſibile ex ſene et iuuene ꝓlem fieri. Sed ambo erant prouecte etatis. Ad hec etiā ipſa ſterilis erat. Riſit ergo quia dubitauit dicens. Poſtqꝫ conſenui ⁊ dominus meus vetulus eſt Et forte credidit adolatorie dictum. qꝝ bñ pauerat eos. voluptati operā dabo? Dixitqꝫ dominꝰ ad abrahām. Quare riſit ſara? Nūquid quicqꝫ deo ē difficile? Negauit ſara ſe riſiſſe perterrita. Ecce qua intētione quiſqꝫ riſerit. diiudicare potuit qui corda nouit

De duobus deſcendentibus in ſodomam. Cā. L.

QVinqꝫ ſurrexiſſent viri direxerūt oculos contra ſodomā. et abrahā gradiebat ſimul. et dixit dominꝰ. Nō potero celare abrahe que geſturꝰ ſum. Et ait ad illū. Clamor ſodomorū ⁊ gomorre venit ad me. Peccatuꝫ cū clamore. eſt culpa cū libertate. cum. ſ. quis palā ⁊ ad libitū ſuū peccat. Peccatū illorū fuit ſuperbia vite ⁊ abundātia panis. ꝓpter quā vſqꝫ ad ignominioſam libidinē prorupērūt. Et addidit. Deſcēdā ⁊ videbo vtrū clamorem qui venit ad me opere cōpleuerint. Qui oīa nouit. hoc in exemplum nobis reliquit. q. d. Vala homīnū nō ante credite qꝫ ꝓbetis. Inde eſt ꝙ iudex ſibi ſoli crimē notū punire nō poteſt. vnde et dictū ē. Nemo te cōdēnauit. nec ego te condēnabo. Abraham vero me morꝫ loth filij fratris ſui. appropinquans dominū. ait. Nūquid pdes iuſtū cū impio? Nō eſt hoc tuū. qui iudicas oēm terrā. Si fuerint. l. iuſti ibi. nonne parcet populo ꝓpter eos. Et ait dominus. Dimittā omni populo ꝓpter eos. Tuncabrahām quaſi paulatim deſcēdens ait. Si fuerint. xlv? Itē ſi. xl. et ſi. xxx. Quid ſi. xx? ſi decē? Et ait dominus. Non dele-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

bo eos propter deꝯ. Abijt dominꝰ id est non apparuit postꝯ cessauit loqui ei. et ille reuersus est in locū suum Cumqꝫ illi duo angeli qui fuerant cum domino vel alij secundū quosdā. sodomā vespere sedente loth in foribus ciuitatis. expectāte alicuius hospitis aduentū. Qui occurrens eis adorauit. petens vt diuerterent in domū suam. Quos renitentes cōpulit opido. Ingressisqꝫ illis fecit conuiniū coxit azima. et comederūt. Tūc viri ciuitatis a puero vsqꝫ ad senem vallauerunt domū. et dixerūt loth. Educ viros illos huc. vt cognoscamus eos. Qui ait. Habeo duas filias que nondū cognouerunt virū. abutimini eis vt libet. tantū his nihil mali faciatis. qui ingressi sūt sub vmbra culminis mei. Ideo enim fideliuꝫ erat. ab omni iniuria hospites suos defendere. Quod autem dixit. perturbatio animi fuit. non consiliū. Consiliū sane est. vt faciat quis leuius. ne ipse committat grauius. Nullo autem mō debet quis leui? facere mortale. ne alius cōmittat graui?. At illi noluerūt. et vim faciebāt vehemētissime loth. Et ecce angeli introduxerunt loth. & clauserūt ostiū. Illos vero percusserunt cecitate. nō priuatiōe visus. sed acrisia quā latine auiditā dicere possumus. que facit nō videri. nō omīa sed que est opus. qua percussi sunt qui querebant hostium. cum esset cum eis. et discipuli cum domino euntes in emaus.

Acrisia est quando quis habet apertos oculos & nō videt. qō magi faciunt incantationibus. Fit etiam quādo quis habet aliquādo rez aliquam in mānu et non videt. et ē etiaz acrisia.

Forte hoc modo quandoqꝫ querim? qō in manu tenemus. et angeli dixerunt ad loth. Educ omnes tuos de vrbe hac. Delebimus enī locū istū. Et ingressus loth ad generos suos ait. Surgite et egredimini. quia delebit dominus ciuitatem istam. Nō est credendū. vt ait Hieronimus his qui dicunt. alias filias a predictis virginibus loth habuisse. habentes viros. que cum viris submerse sint. Sz generos vocat futuros generos. Unde hebraica veritas habet. Egressus ē loth ad sponsos. Qui noluerunt egredi. consuetudinē hanc verborū loth eē dicētes.

De subuersiōe sodomorū. Ca. LI.

O Sine dissimulā te loth exire. apprehēsum eū cū vxore sua & filiabus statuerūt angeli extra ciuitatē dicentes. Ne respicias retro sed ī mōte saluū te fac. Qui ex perturbatione nondū plene credens domino ait. Non possum in mōte saluari ne forte apprehendat me malū. et moriar. Forte sener montū frigora & laborē vite perhorrebat. Sed est hic ciuitas parua. ad quā fugere sufficio. vt saluer in ea. et ait dominus. Nō subuertā vrbē pro qua locutus es. et ideo quia dixit parua. vocatū ē nomen vrbis segor id est parua. Traditū. nebrei hāc vrbē primo dictā balā et post salisam & in ysaia vitulā consternantē. qz tercio terremotu absorpta sit p? submersionē quattuor aliarū ciuitatū. mō dicit ciuitas palme. Quādiu ergo fuit loth in ea. pepcit ei dñs. Sed vt dicit Hieronimus loth timēs consuetū eius terremotū. egressus māsit in mōte. Egresso itaqꝫ loth de sodomis. pluit dñs sup ciuitates illas sulphurē & ignē. Pluit dñs a seipo ens in terra. a sciente in celo. iudicās. id ē puniēs ab impante. Pluit autez hec. vt terra ineternū aresceret sine spe iterū germinandi. et ita grauius puniuit istos. qꝫ primos peccatores diluuio. Licet enim illi mensurā excederēt delicti. tamen qua si naturaliter peccabant. & vniuersos subuertit etiam parulos pro peccatis parētum. in quo prouisum est illis. ne diu viuentes sequerentur exempla patrū. et est aliquod bonū reū nō esse. qui gloriosus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

nō eſt. ꝓdeſt enī pauperē non eſſe. qui rex nō eſſe poteſt. Et reſpiciēs vxor loth. verſa eſt in ſtatuā ſalis. quā ioſeph⁹ dicit ſe vidiſſe. et hactenus manere. Uerſa eſt ergo regia in lacū ſalis ſterilē. qui dicitur mare mortuū. quia nec piſces nec aues i eo viuūt vt in alijs. Nauē nō patit quin tota foꝛſitan ſupnatet. niſi bituminatam ꝓpter homines int⁹ viuētes. Si quid vi uum aliqua arte īmerſeris. ſuperexilit. Lucerna ardens ſupernatat. extincta mer gitur. Vul/

tis in locis nigras glebas bituminis vomit et ideo la/cus aſphalti vl aſ/phaltidis dicitur. Dicitur etiam ꝙ poma nata in ar/boribus circūpo/ſitis. vſq; ad ma/turitatem colorꝭ ſunt viridiſ. matu ra ſi incidas. fauil/las intus inueniet Uñ. vt ait ioſe. Fauilla terre ſodo mitice fidem ha/bet. Dicitur et val lis ſalinaꝝ. Forte fit ibi ſal. vl lapides ſalis circa īueniunt.

Lacus hic iudeam diuidit et arabiam que olī fuit illa ſoli/tudo inuia et īaquo ſa. in qua. xl. annis fuerunt filij iſrahel Dicit ioſephus ꝙ nimia eius leuita/te etiam grauiſſima in eum iacta referū/tur in altum. Unde veſpaſianus quoſ/dam iūctis poſt ter gum manib⁹ iuſſit altuꝝ proīci. et om/nes tanq; vi ſpiritꝰ ſurſum repulſi de/fluitabant.

De inceſtu loth. Capi. LII.

Loth autē egreſ/ſus de ſegoꝛ māſit in mōte i ſpe/lunca. et due filie eius cum eo. Dixerāt aūt filie loth cōſūmationē mūdi futuraꝝ ꝓ ignē. et ſuſpicate ſūt tale aliquid factū quale in diebus noe ſcz ad reparandū ge nus humanū ſeruatas ſe eſſe ſuperſtites cū patre. ideoq; conſiliū inierūt et patris meſticiā et rigoꝛem vino mollientes. ſin/gule licet virgines ſingulis noctibus ſu/ſceperunt ab ignoꝛante conceptū. nec re/perierunt Hoc tñ deſup appungūt hebrei quaſi incredibile. qꝛ natura rerū nō pa/titur coīre quempiam neſciētem. Uel di citur neſciſſe filiā fuiſſe. putans fuiſſe vxo rem ſuā. Dicit quoq; impoſſibile i deflo ratione fieri conceptū. Ob hoc antichriſt⁹ dicet ſe filiū virginis. Peperitq; maioꝛ filia filiū. et vocauit eū moab patrē moa/bitarum. minoꝛ peperit filiū. et vocauit eū amon patrez amonitarū. Ioab dicit ex patre Hoc noīe mater aperte publicauit inceſtum patris. Amon filiꝰ populi mei Hec aliquantulū texit. quaſi filiꝰ cuiuſ/dam de populo meo. Dicit ieronimus fi lias poſſe excuſari. qꝛ crediderūt genꝰ hu manū defeciſſe. et pietas poſteritatis im/pietatem inceſtus excuſauit. Sed hoc pa trem non excuſat. ſed infidelitas eiꝰ. cau/ſa fuit inceſtus. De eodem dicit ſtrabus loth inexcuſabilis eſt. primum qꝛ angelo nō credidit. ſe poſſe ſaluari in ſegoꝛ. De/inde qꝛ inebriatus eſt. et fuit peccatū cau/ſa peccati.

De pegrinatiōe abrahe apud abime/lech regē gerari. Cap. LIII.

Profectus abra/ham de cōualle mābre in terraꝝ auſtralē. pegrinatus ē in geraris iter ca/des. vnde fluxerūt aque cōtradictionis. et ſur. loco ſoꝛoris habēs ſarā ſimilia prio ribus ſimulans pre timoꝛe. Uiſit autez abimelech rex gerare. et tulit eaz. In quo vis forme illius mirāda notatur. que no nagenaria adhuc amari poterat. Sed i egritudinē cecidit rex dei voluntate. ne eā tangeret. vt ait ioſephus. In fine tamen huius capituli alia pena notatur. hec. ſ. ꝙ deus cōcluſerat omnem vuluā domuſ abimelech ꝓpter ſaram. nc quid. ſ. femini num in domo eius interim conciperet. Uedicit autē deſperātibus ſopoꝛat⁹ au/ditura domino. hec ſibi ꝓpter vxoꝛē pere grini inferri. Et precepit ei vt redderet vi ro vxoꝛē. quia prophera erat. Et ille oza/ret pro eo et viueret. Statim ſurgēs vo/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

cauit seruos. vocauit et abrahã et dixit ei Quid fecisti nobis. Quid vidisti. vt hoc faceres. Et ait abrahã. Cogitaui q̃ timor dei nõ esset in hoc loco. et interficerẽt me pro vxore. Alias autẽ. & vere soror mea ẽ filia patris. Hic distinguit suũ. s. patris. Sequitur mei. i. qui est meus. subaudi frater vel filia patris mei. et non matris mee. quod est. neptis mea est. & cognata ex parte fratris mei. et nõ ex parte sororis Vnde alia trãslatio. Soror mea est a patre suo. & nõ a mre. Sicut. n. vocabãt cognatos fratres. sic & cognatas sorores. Fratrem vero arã patrẽ suũ vocauit. quia senior eo fuerat. secũdũ vsum loquẽdi quo maiores natu patres vocamus. minores filios. Et quia dignior et maior affectio solet esse propinquorũ secundũ viros q̃ secundũ mulieres. propinquã suã per virũ digniori nomine vocauit sororẽ. s. potius q̃ neptem. Vel finxit eam filiã patris esse. nec tamen mẽtitus est. sicut nec dominus cum finxit se lõgius ire. presertim cũ domino iubente credit hoc dixisse. et ita relatore fuit verborũ domini. vt helyseus celauit se non cognoscẽtibus. Quidaz tamen dicũt thare mortuo arã duxisse vxorem filij. & genuisse saram. Vnde & hic dicitur filia thare secundũ carnẽ et supra filia aram secundũ suscitationez seminis. quia solũ masculũ reliquit araz. Orauit autem abrahã pro eo et sanatus est. et vxor & ancille eius pepererunt. & dedit abimelech abrahe munera et terrã ad habitandũ ad optionẽ suam. Sare autẽ dixit Ecce dedi fratri tuo pro te mille argenteos. Hoc erit tibi in velamẽ oculorum coram omnibus qui tecũ sunt id est in memoriam verecundie. quia in mẽdacio deprehensa es. Vnde subdit exponendo. et quocunq̃ perrexeris memento te deprehensam. Vel elegans est irrisio. Hoc erit tibi in velamen oculorũ. id est in preparationem funeris. q. d. Annus es et vicina funeri. et mẽtita es tamẽ. & decepisti. Habe tibi ergo hec in expensas funeris. Ad magnis expẽsis fieri solebat maxime a iudeis. vel ad pepla emẽda. vt tegas faciez ne ameris.

De ortu ysaac & eiectiõe agar cũ filio. Capi. LIIII.

Visitauit dominus sarã. concepitq̃ & peperit filium. et circũcidit eum abrahã. viij. die. Et exinde post totidẽ dies iudei circumcidunt. arabes vero post. xiij. annos. quia eo tempore ismahel gentis illius auctor circũcisus fuit. Et vocauit eũ ysaac. id est risum. quia risum fecerat dominus parẽtibus eius id est gaudiũ inopinatũ. Crevit puer & primus ablactatus est. Et fecit pater grãde conuiuiũ in die illa. quia ea die filius primo accessit ad mensam pris Dumq̃ simul luderẽt ysmahel & ysaac. maior ledebat minorem. Et itellexit mater in ludo persecutionẽ. q. s. patre mortuo vellet dominari maior minori. Vel vt hebrei tradũt. cogebat eũ adorare lutheas imagines quas fecerat Quod cũ displicuisset matri. dixit ad abrahaz. Eijce ancillam & filiũ eius. Dure hoc accepit abrahã. et dissimulabat. sed dixit ei dominus. Ludi vocẽ sare Qui tollẽs panẽ et vtrem aque imposuit scapule agar. & tradidit ei puerũ. Cumq̃ consumpta esset aqua in deserto & puer deficeret siti. abiecit mater puerũ sub arbore. et sedit pro cul quantũ arcus iacere potest. ne vi deret filium mo rientem. et fleuit. et exaudiuit deus vocez pueri. id est fletum matris pro puero. Et dixit angel? matri. Surge. tolle puez. et aperuit oculos eius deus. & vidit puteũ. dedit q̃ puero bibere. & implens vtrem abijt. Crevit puer & moratus est in solitudine pharan id est reliquit iacere tem quasi ad iactuz non q̃ eum portaret cum esset iam. xiij. annorum. Vel per recapitulationẽ dictũ est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

et factus eſt vir ſagittarius. Et accepit ei mater vxorem de terra egipti. de qua nati ſunt ei .xij. filij principes tribuū ſuarū quorum appellatione. opida. pagi'. et tribus celebrātur. Nabaioth primogenit? famoſiores nominat. a quo pars arabie. que eſt ab eufrate vſq; ad mare rubrū nabathea dicitur Cedar ſecundus a quo cedar que eſt in deſerto. Duma ſextus a quo duma regio Thema non?. a quo theman que eſt ad auſtrum. Cethuma vltimus. a quo cethma que eſt ad orientē.

De pacto iuramenti. Cap. LV.

In tempore vi
dēs abimelech abrahā multiplicatū. timuit eū et venit ad eū cum phicol principe exercitus ſui. et ait. Jura mihi per deum ne noceas mihi et poſteris meis. ſed ſemper faciaſ mihi iuxta miſericordiam quā feci tibi. Et eduxit eos abrahā ad puteū quē oſtenderat deus agar. quē foderat abraham anteagar electā. Sed abimelech abſtulerat illum abrahe. et fecerat illum in ſolitudine pro gregibus adaquandis. qui longe a manſione eius in ſolitudine paſcebant. Et reſtituit ei abimelech puteum. ſed in teſtimoniū q̄ ipſe fecerat puteū. et ablatuz reſtituit ei abimelech. deditq; regi .vij. agnaſ. et vocauit puteum berſabee id eſt puteum ſeptimum. Sabee enim hebraice ſeptez ſonat. et ibidem percuſſerunt ambo fedus. Unde et berſabee dicitum putant. id eſt puteū iuramenti. Sabee quoq; hebraice iuramētum dicitur. Joſephus tamen interpretatur berſabee fedus putei. A puteo vero circūſtans regio etiam dicta eſt berſabee Plantauitq; abraham circa puteum nemus. et fuit ibi colonus multis diebꝫ nō habitator. Dicit enim ſtephanus in actibus apoſtolorum. quia nō accepit ibi hereditatem nec ſpacium pedis.

De īmolatione arietis pro yſaac. Cap. LVI.

Poſt hec duz habitaret in berſabee. et yſaac vt dicit ioſephus .xxv. annorū eſſet. dixit dñs illi. Tolle filium tuū vnigenitū quē diligis yſaac. et vade in terram viſionis. et offer mihi eum in olocauſtum ſuper vnum montiū quē monſtrauero tibi. Terrā viſionis dixit illam partez iudee que eſt in montanis. quia et ipa a longe. et de illa lōge videri poteſt. que et ab yſaia vallis viſionis dicitur. In ſummitate vero montium iudee monticulus erat eminētior. dictus mons moria. quē mōſtrauit deus abrahe ad īmolandum filium. In hoc tradunt hebrei templū poſt factū. et altare factum in loco vbi abrahā altare fecit. et dauid angelū reponentē gladiū vidit i area ornā iebuſei. Unde dixit yſaias. Erit mons in vertice montiū. et ad euz fluent omnes gentes. de quo et dominus p̄cepit iudeis. ne īmolarent ſibi in omni loco. niſi in loco quē conſtituerat ei dominus. Abrahā ergo de nocte conſurgēs. ne mini. quod facturus erat indicans. ſtrauit aſinum ſuū. ducēs ſecum duos iuuenes et filiū. iuitq; iter duorū dierū. Tercio die eleuatis oculis vidit locū procul. Hinc probantur illi errare. qui dixerunt eum tunc habitaſſe inter bethel. et hay. Locus enī ille non diſtat a monte moria per iter vnius diei. Et cum accepiſſet ligna. et ignē. relictis infra iuuenib? cū aſino. cū filio aſcendit ſolus Cui filius. Ecce inquit ignis. et ligna. vbi eſt victima? Cui pater. deus prouidebit ſibi victimā Et ſtatuit aram. et lignis diſpoſitis ignē adhibuit. Refert autē ioſeph? verba patris ad puerū dicentis. Quia ſicut ex voluntate dei ingreſſus fuerat mundū mirabiliter. ita etiam ex voluntate dei neceſſe erat ei egredi mirabiliter. quē domin? quidem iudicaſſet dignū nō egritudine non bello. nō aliqua paſſione. humanā vitaz finire. ſed cum orationibꝫ et ſacrificijs ani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

mam ipſius ad ſe vocare. et ꝙ ſuſcitaret eum ob implēdas ꝓmiſſiones. Et ſic ysaac libens acceſſit ad aram ⁊ mortem. De hoc alquinus dicit. Indubitanti animo macrare volebat filiū. laudandus ī cōſtantia offerendi. ⁊ in fide ſuſcitādi filiū. Arrepto autem gladio vt filiū immolaret. clamauit ad eū angelus. Nō extendas manum in puerū. nūc cognoui ꝙ timeas dominū. Nō enim ſanguinez pueri ſitiebat domin⁹. ſed vt ſciretur quantū abrahā timuerit dominū. Et vidit abrahā poſt tergū arietē inter vepres herentē cornibus. quē obtulit ꝓ filio. Hebreus habet ī virgultis ſabeth herentē cornib⁹. et ē ſabeth genus virgulti. Hic errauit euſebius dicens. ſabeth bircū erectū ad carpēdas frondes. Dixit ergo arietē ſabeth id eſt quaſi bircū erectū. Et dicit eum raban⁹ nō nouiter creatū. ſed aliūde ab angelo allatuz et vocauit nomē loci. domin⁹ videbit. Et vſqz hodie quaſi in prouerbiū dicit̄ a iudeis in arcto poſitis. in mōte domin⁹ videbit. quaſi dicerēt. Sicut reſpexit ysaac in mōte. ſic videat nos in anguſtia. Diē autē liberationis ysaac. dicūt hebrei primam diē ſeptēbris. Unde in ea ſolēnizāt ⁊ clangūt cornib⁹ in memoriā arietis. Et iurauit dominꝰ per ſeipſuz de ſemīe multiplicando ex ysaac. et de terra dāda ſemini eius. Altera die redijt abrahā. et reuertit⁹ eſt in berſabee. Nunciatūqz eſt ei ꝙ melcha genuiſſet nachor fratri ſuo filios. viij. primogenitū hus. de cuius ſtirpe deſcendit iob ſicut ſcriptū eſt. Uir erat ī terra hus nomine iob. Et hus fratrem eius ex cuius genere balaā. qui ſecundum hebreos dicit̄ in iob heliu buzites. Errāt ergo qui dicunt iob de genere eſau fuiſſe. Nō enim in fine libri eius eſt. ꝙ de ſyro ſermone tranſlatus ſit. et ꝙ ipſe quartus ab eſau in hebreo nō habetur.

bina vero roma alias remia ſuſceperat nachor filios quattuor.

De morte Sare. Capi. LVII.

Rediit aūt abraham ad conuallē mābre. ⁊ mortua eſt ſara cum eſſet. c. xxvij. annorum. et ſepulta eſt in hebron in ſpelūca duplici quaz emit abraham. cccc. ſiclis argenti ab ephron. ſupplicanti filijs heth. Eadem caſtra id eſt ciuitas quatuor patriarcharū. abrahe. ysaac. iacob et ade. Erat autem ſpelunca duplex rupes naturaliter. vel artificialiter duas ſpelūcas habens. quā emit abraham in ſepulturā generi ſuo. In ſuperiori ſepeliebant̄ viri. ī inferiori mulieres. Tamen adaz ⁊ eua ibidē ſepulti erant. Nec peccauit abrahā emendo. nec ille vendēdo. ſicut nec hodie qui emeret agrū vt faceret cimiteriū. niſi forte quia ſepulti erant ibi protoplaſti. Hieronimus tamen dicit ephron reprehendendū. et ideo nomen eius mutatuz ꝓ ephron effran.

De legatione eliezer in meſoporamiā Cap. LVIII.

Erat autez abraham ſener. ⁊ dixit ad eliezer procuratorē domus ſue. Pone manū tuam ſub femore meo ⁊ iura mihi per deū celi et terre. quia nō accipies filio meo ysaac vxorem de filiabus gentiū inter quas habito. ſed ibis ad cognationē meā. et ide accipies ei vxorē. Si tamen ex illis aliqua noluerit ſequi te. non teneberis iuramento. Jurauitqz ſeruus. ponēs manuz ſub femore eius. Tradūt hebrei. ꝙ in ſanctificatione eius id eſt in circūciſione iurauerit. Dz ꝙ dicit̄ ſub femore. dicim⁹ eū iurāſſe ſemīe abrahe. i. xp̄o quē ex ſe naſciturū ſciebat. Uñ dixit Jura mihi ꝓ deuz celi ⁊ terre. Nō aūt ſub femore manū po

ni voluit.inuit carnẽ chriſti ſup omnes futurã. Tulit ergo eliezer decẽ camelos. et abiit ex omnibus bonis dñi ſui portãſ ſecũ.marime que raro nouit eſſe in terra ad quã ibat. Perrexitq; meſopotamiaz ad charrã.vrbẽ nachor. Illo qui/dem tempore et la/bore vt dicit ioſe/phus.quia in hie/me in meſopota/mia eſt luti pfunditas.in eſtate aque de/fecrio.in ſaltib⁹ latrones. Fecit aũt came los accũbere iuxta puteũ añ vrbez. in po tos nolẽs ĩtroducere. Cũ aũt veſpe egre/derent mulieres ad hauriendã aquã ora uit dominũ vt ĩter illas ĩueniret vxor do mini ſui.ſi aliqua gẽtis illi⁹ dño ſuo de/beret.et cognoſceret.ita vt alijs negãtibꝰ aquã ſibi poſcẽti ipa pberet. Et ecce rebec ca bathuel filia ipleuerat hydriã.et alijs quidẽ auertẽtibꝰ ſe pegrino aquã pbuit. et adiecit.quin et camelis tuis aquã hau riã.et hauſtã aquã infundẽs in canalibꝰ. potũ dedit camelis. Ille autẽ tacit⁹ intu/ens eã.vtrũ eſſet ydo/nea dño ſuo. que/ſiuit ab ea cuius fi/lia eſſet.et ſi ei eſſz/ locus in domo patris ad manendũ. Ecce pro vero q̃ erat filia bathuel filij nachor et melche fratris laban.protulit inaures au reas et armillas.et dedit ei. Cucurritq; puella in domũ matris nuncians que au dierat. Egreſſuſq; laban.

introduxit virum/ in hoſpiciũ.et de/ſtrauit camelos. Et dedit q; paleas et fe/num.et lauit pedes hoſpitũ.et ap/poſuit eis panẽ. Noluit autẽ eliezer cõe/dere.donec loqueretur.mones.pro qui/bus venerat. Cũ ergo ſe dixiſſet ſeruuz a/brahe fratris eoruz.et cõmendaſſet abra/ham in multis.expoſuit eis petitionẽ a/brahe et iuramentũ q̃ ipſe fecerat.et ora

tionẽ ſuã a dño ad puteũ eraudita. Rñ/derunt labã et bathuel. A dño egreſ/ſus eſt ſermo.ſ.abrahe.et/ oratio tua. Non/ poſſum⁹ extra pla/citum eius quicq̃/ loqui tibi. Ecce re/becca coram te ẽ.tol/le eã et vxor ſit domini tui. Sed notan dum q̃ ioſephus dicit.bathuelẽ iam de/functũ eſſe.et virginẽ in cuſtodia matris et fratris eſſe.et de morte patris predixiſ/ſe puellã querenti ad puerũ cuius filia eſ/ſet. Etiã moyſes hucuſq; videt velle eaz nec tunc habuiſſe patrẽ.cũ ſuperi⁹ dixit. cucurrit puella in domuz matris. Forte nomine patris vocat hic mater.quia mã datũ patris de filia tradẽda quod ei reli/querat decedẽs nũc expoſuit. Potuit eni fieri.vt eã tradendã generi ſuo delegaſſz Audiẽs hec puer abrahe adorauit domi/nuz.qui direxerat iter ſuũ. et protulit va ſa aurea et argẽtea. et veſtes dans rebec/ce. Matri quoq; eius et fratri eius mune ra dedit. Surgẽs autẽ mane puer petijt dimitti.prerendẽſ mozã quã fecerat ĩ via et dñi ſenectutẽ. Cũq; rogaſſent vt decez dies maneret apud eos. noluit. Et dixe/rũt. Vocem⁹ ergo puellã.et queram⁹ ei⁹ voluntatẽ. Que ſciſcitãtibus ſi vellet ire ait. Vadã. Et hic primo legit conſenſus mulieris requiſitus.et cõide pro iure ha/bitũ eſt.vt requirat. Et dimiſerũt eã.

De aduẽtu rebecce ad yſaac. C.LIX.

ADtẽpore yſaac habitabat in gerara. et forte de/ambulabat per viã que ducit ad puteuz viuentis et videntis. Egreſſus enim erat ad meditandũ in agro. forte de mora ſer/ui. Alia littera habet.ad exercitandũ. for/te laborans in agro vel quippiam operis ad deducendũ agens. Rebecca vero yſa/ac viſo.et cognito q̃ vir eius eſſet. deſcen dens de camelo.et rollẽs teriſtrũ vel pal/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

liũ albũ. operuit et compsit se. Est autez teristrũ genus arabici vestimẽti mulierũ Isaac vero introduxit eã in tabernaculũ matris sue. et in rauũ dilexit eã. vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret. De morte Abrahe post susceptã sobolẽ de cethura. Ca. LX.

Abraham aliam duxit vxorẽ nomine cethuram. Aliũt hebrei cethurã nomẽ appellatiuum qđ interpretat copulatã. Dicũt enĩ hanc fuisse agar. que prius concubina mortua sara trãsiit in vxorẽ. de nõ copulata ĩ copulatã. ne senex nouis nuptijs lasciuisse arguat. Josephus autẽ dicit. q̃ anteqũ misisset pro vxore filij duxerat eã. Et hec genuit ei liberos. vi. Juuenis enim de sene parere potest. Et sepauit eos abrahã dũ viueret ab ysaac ad plagã orientalẽ. ⁊ cũcta que possederat dedit ysaac. Aliis vero largitus ẽ munera. Filij tamẽ cethure a nomĩe libere se dixerũt sarracenos. Obtinuerũt autẽ primo traconitidẽ et fenicũ ⁊ arabiã vsq̃ ad terminos maris rubri. Refert iosephus q̃ ex vno eorũ natus est affer. qui castra sua fixerat in libiã. quam posteri eius inhabitãtes ab illo africã denominauerũt. Dixit quoq̃ eldeũ. pphetam qui ⁊ malchus dictus ẽ. historiã iudeorũ scripsisse. sicut ⁊ moyses scripsit. Quẽ refert dixisse. ab vno filiorũ cethure nomine syrim syriã vocatã. Ab alio vero qui dictus ẽ affer africã dictã. Cui descendẽti in libiã hercules auxiliũ tulit. et filiã ipsius nomine etheã duxit hercules vxorẽ. et ex ea genuit dodorim. cui⁹ filius fuit phorõ. Fuerunt autem dies abrahe. c. lxxv. ãni. et mortu⁹ ẽ et congregatus est ad populum suũ in sinu inferni. Et sepelierũt eum ysmahel ⁊ ysaac in spelũca duplici cũ vxore sua.

Deficiens habetur in textu. ⁊ in. g. habetur ieroni. super hunc locũ dicentis q̃ deficiẽs male addituũ sit in. lxx. quasi q̃ non sit in hebraica veritate. ⁊ etiã quia incõgrue dici videt. de tanto patriarcha. q̃ deficeret vel minueret. Cũ ergo in littera nostra habeat deficiẽs de quo Hieronimus arguit. lxx. patet ex eo ⁊ ex pluribus alijs locis. q̃ non est ista nostra pura translatio iero. sed forte est quedã prima. quã cõpegit de greco in latinũ ex translatione. lxx. ⁊ translationibꝫ alioꝝ. Que q̃ forte nõ nisi magis visa ẽ. apposuit manũ vt purã faceret de hebreo in latinũ. quaz nõ habem⁹ nisi in. xij. pphetis. Vel forte potest dici. q̃ ista nostra sit illa vulgata. que miraculose inuenta ẽ ierosolimis.

De ortu regnorũ. Ca. LXI.

Anno. xi. abraham mortuus ẽ minus. cui⁹ vxor semiramis vt post eũ regnare posset. pprio filio quẽ susceperat ex nino nupsit. ⁊ ex eo filiũ genuit. qui ⁊ babiloniã ampliauit. Anno abrahe. lxxv. facta est ei repromissio. Anno eius. lxxxvi. nat⁹ est ei ysmahel Anno eius. c. natus ẽ ysaac. Anno eius c. xxxvij. mortua est sara.

Aliud incidẽs. Ca. LXII.

Exortũ est regnũ assiriorũ. anno. xxv. saruch proauj abrahe sub belo. ⁊ cucurrit vsq̃ ad annum septimũ ozie regis iude. p ãnos mille. ⁊. ccc. ⁊ duos. per reges. xxx. ⁊. vij. vsq̃ ad sardan apallũ. qui primus puluinaria aduenit. Post quẽ translatũ est regnum ad medos. Regnũ autẽ sicioniorũ. ab anno. xxiij. nachor auj abrahe exortuz ẽ sub eugialo alias egialeo. ⁊ cucurrit vsq̃ ad annũ. xvij. beli sacerdotis ⁊ iudicis israhel. per annos. dcccc. lxxi. ⁊ per reges. xxxi. vsq̃ ad euzippũ. post quẽ iudicauerũt sicioniã sacerdotes charmi. Sicionia autez est regio que prius apia post peloponensis dicta est. Usq̃ ad abrahã vero iã fuerant in egipto. xv. dinastie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Dinaſtiã ſummã poteſtatem egyptiorum dicunt. Alii naturitate abrahe dinaſtiaz.xvi. obtinuerũt thebei.xvii.paſtorez ſ̃ges ſic vocati.xviij. thebei vel thiopolitani qui et pharaões p̃ reges.xvij. Varietate quoq; ſunt dinaſtie de generibz quorundã regũ ad alia ſepe tranſeuntes vſq; ad cambiſem filium cir. ſub quo prio ꝓſe impauerũt egipto.

De morte yſmahelis. Capitulum. LXIII.

Obiit quoq; iſmahel.c.xxxvij.ãnos ⁊ mortuꝰ eſt. Tradũt illum hebrei diſſinteria mortuũ fuiſſe coꝝ cunctis fratribz ſuis. id eſt coꝝ filijs ſuis adhuc viuẽtibus obijt. Habitauit poſteritas eius ab eiula vſq; ſur. Eſt vero eiula india. ab eiula nepote noe ſic dicta. Sur autẽ eſt ſolitudo inter cades ⁊ barath. extendẽs deſertũ vſq; ad mare rubrũ. et egipti cõfinia.

De labore rebecce in partu gemellorꝝ Cap. LXIIII.

Oꝰ ẽ yſaac proſequit hiſtoria. Iſaac.xl. annorũz erat cũ duxit rebeccã yroz ẽ. que inuenta ẽ ſterilis lõgo tẽpore. Scies autẽ yſaac patri ſuo factã promiſſionez ſeminis multiplicãdi per ipſum. oranit dominũ. vt qđ pmiſerat impleret. Et cõcepit mulier habens duos in vtero. Sed cũ vicina eſſet partui. collidebant in vtero ei? paruuli. Lxx. poſuerũt. ludebãt vel calcitrabant. Elquila. cõfringebant. Symachꝰ. in ſupficie ferebant. in ſimilitudinẽ nauis legitimo põdere carẽtis. Nouebant enĩ mirum pueri. vt viciſſim alter prius altero videret poſſe prodire ad ortũ. Nõ ꝑ eritate vteri materni quaſi vir gemios capientis intelligendum ẽ hoc accidiſſe vt quibuſdã vitium eſt. ſed tamen ex volũtate dei iam demõſtrantis in nondũ natis. quod futurũ erat in adultis. primogenitura. ſ. quã alter habuit per naturã. ceſſiſſe alteri per gratiã. In poſteris etiã eorum futurã diſſenſionem iam tunc figurabat. Creditur enim in vtero iam ſanctificatus fuiſſe iacob. ⁊ in hoc motu prefiguratum quia nec eſſet conſenſus chriſti ad belial. Pater vo grauiter afflicta nolle cõcepiſſe et fere deſperans de partu peꝛit vt cõſuleret dominũ. Tamẽ qz non locus conſulendi dominum. nec modus nec per quos cõſuleret dominũ. adhuc legitur inſtitutuz. forte ad montem moria vbi abraham altare fecerat domino. iuit ⁊ imolatis hoſtijs ſubſtratis pellibus earum incumbens. per ſomnũ accepit oraculum. Forte more gentium quem viderat in parentibus ſpeciem lauri quam tripodem dicunt capiti ſuppoſuit. et ramis arboris que agnus caſtus dicitur incubuit. vbi viſiones capitis fantaſticas dormiens non ſentiret. Vel adhuc viuentez melchiſedech conſuluit. Quocunq; autem modo fecerit. reſponſuz accepit a domino. Due gentes ſunt in vtero tuo id ẽ patres duarum gentium que iter ſe poſt diuidentur ⁊ pugnabunt. ſed maioꝝ ſeruiet minori. Qđ de paruulis nequaq; dictum eſt. cum ſemper maioꝝ prefuerit minori. ſed de populis ydumei qui de eſau futuri erant. tributariq; erãt dauid qui de iacob. Niſi forte intelligatur eſau ſeruiſſe iacob. dum perſecutus eſt euz. vt lima conferꝝ ferro fornax auro. flagellum grano. Cum ergo duos peperiſſet. qui prioꝝ egreſſus eſt rufus erat. et totus in modũ pellis hyſpidus. et dictus eſt ob hoc ſeir. Hebrei enim ſeiron capillaturam dicũt Dictus eſt proprio nomine eſau id ẽ fortis. Protinus altere egrediens. plantam fratris in manu tenebat. quaſi retrahere volens fratrẽ a primogenitura. et ob hoc dictus eſt ſupplantatoꝝ iacob. Erat autem genitus erat yſaac. quando nati ſunt ei paruuli. Viuebat ergo abrahã. et adhuc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

quindecim annos supuixit. Abrahā enī
preter. c. annos quos vixerat nato ysaac.
lxxv. annis legit postea viriſſe. Iraq; ſe
xagenario ysaac. reſtabat adhuc abrahe.
xv. anni ad vitā. Hocīō diximus. q; ioſe
phus ſic ait. Porro poſt mortē abrahe
cōcepit vxor ysaac. rc. Mortē ei? forte ap
pellās. qī iā penit? effero corpe generare
deſijt. Ipſe enī text? lr̄e nō eſſe dictū p re
capitulationē indicat.

Lerciū incidēs. Ca. LXV.

Porro eodē an
no quo nati ſūt gemini regnum
argiuorū exortū ē ſub inacho pr̄e ysidis.
prio rege. Cucurrit aūt vſq; ad ānū. xij.
deiboze ꝛ barach iudicū iſrael. Durauit
autē vſq; ad vltimū acriſiū p regeſ. xiiij.
ꝛ annos. d. xlvij. Perſe? vero cū nō iter
fecisſet ſpōre acriſiū. tamē timēs reliquit
argos. ꝛ trāſtulit regnū apud micenas.
Si legeris i hiſtorijs regnū hoc pceſſiſſe
ab inacho vſq; ad ſtelenū. itelligīt poſte
ros de genere inachi vſq; tūc regnaſſe. et
darū regnū danao qui non erat de gene
re regio. De vēditione primogeni
torū eſau. Ca. LXVI.

Porro cuz adole
uiſſent filij ysaac. fact? eſt eſau
venator. et iacob agricola ꝛ paſtor i raber
naculis habitauit. Pater diligebat eſau
tū q; primogenit? erat. tū q; de venatiōe
eius libēter veſcebaī. Mater vero dilige
bat iacob. tū p ſimplicitate. tū pro dei in
ſpiratiōe. Factū ē aūt cum coqiſſet iacob
pulmentū lēticule. Eſau laſſus redijt ab
agro. ꝛ ait. Da mihi de coctiōe hac ruſa.
q; o pido laſſus ſum. q. d. Eſurio. nec pro
laſſitudie mihi ſufficio pulmentū para
re. Cui dixit iacob. Vēde mihi primogeni
ta tua. Eſau puipendēs primogēita. ſemo
rituq; niſi cōcederet i inſtāti putās. vendit ei
primogenita pro edulio lēticule. Et iurauit ta
lē vēditionē ratā ſe habiturū. et q; lēticu
la fulua ē. hebraice autē edom fuluū dici
tur. extunc vocat? ē edom. A quo poſtea
dicta eſt regio ydumea. Erāt autē primo
genita quedā dignitates quas habuerūt
primogeniti in cognationibꝫ ſuis vſq; ad
aaron. Habebat enī primogenit? veſtes
ſpecialē qua induebaī tm̄ in ſacrificio of
ferēdo. et recepturi? ſinalē bñdictionem a
patre. Ipſe i ſolēnitatibus. in cōuiuijs.
bñdicebat minoribꝫ. et in his duplā cibo
rū portionē recipiebat. Tradūt etiā q; in
diuiſione hereditatis ſimiliter in duplū
reciperet. De deſcēſu ysaac in gera
riſ. Cap. LXVII.

Orta autē fame
dū vellet ire ysaac in egiptū et p
cepto dei remāſit geraris. et ob amicitiā
abrahe recepi? eſt ab abimelech. et ad ex
emplū pr̄is dixit de vxore ſua. ſoror mea
eſt. Forte poſt plurimos dies; vidit abi
melech p feneſtrā ysaac iacentē cuz vxore
ſua. et accerſito ait. Quare iposuiſti no
bis? Et eſt hic imponere verbum abſolutū id eſt impoſturam id eſt dolum face re. Et eſt ſenſus. Quare nos dece piſti? Cur menti tus es. ſororē tuaz eſſe? Potuiſti ſu per nos inducere grande malū. ſi quis co gnouiſſet vxorē tuā. liberā a viro reputāſ Et ait ad populū ſuū. Qui tetigerit ho minis huius vxorē. morte moriatur. Se minauit ysaac in terra illa. et inuenit cen tuplū eſtimatū id eſt eſtimauit ſecunduz q; recordabaī de iacto olim ſemine centu plū recepiſſe. Nec de vna ſpecie hoc eſſe potuit. ſed forte in omni genere opū ē cen tuplicatus. Unde alia tranſlatio habet. Inuenit in illo anno centupluz. Ob hoc inuidentes ei paleſtini. puteos quos fo derat pater eius obſtruxerunt. replentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

humo. Etiã abimelech timẽs eũ dixit ei. Recede a nobis. quia potentior noſtri factus es. Et recedẽs yſaac venit in agrum qui dicit phara. i. conuallis. ⁊ habitauit iuxta alueũ perquẽ rorẽs quãdoq; ifluebat. et eruderauit ibi puteos quos olim ibidẽ foderat pater eius. ⁊ eo mortuo obſtruxerũt eos philiſtei. Et cũ inueniſſet aquã viuaz. iurgati ſunt paſtores gerare aduerſus eũ d' Ioel. Noſtra ẽ aqua. ⁊ ob hoc vocauit puteũ eſcon. i. calũniam vel iurgiũ. Et recedẽs inde fodit aliũ puteũ ⁊ pro illo quoq; iurgati ſunt. Et ob hoc vocauit eũ ſatbanã. i. contrariũ vel inimicias. Tertiuſq; putei vt dicit ioſeph⁹ opus imperfectũ relinquẽs. nolẽs contendere cũ indigenis eroptãs bone voluntatis eorũ rationẽ ⁊ licentiaz. Profectuſq; inde fodit puteũ tercĩũ pro quo nõ contẽderũt. Ob hoc vocauit eũ robooth. i. latitudinẽ. quia dilatat⁹ crenerat ſup terrã et ex illo loco aſcẽdit in berſabee. Et apparuit ei dom⁹ in ipſa nocte. ꝓmittens ei que ꝓmiſerat patri eius. Et edificauit altare. et inuocauit ibi nomẽ domini. ⁊ pzecepit ſeruis. vt ibi foderẽt puteũ. Veriſimile eſt. ꝙ eruderauerũt puteũ abzalbe.

Primebãtur ergo hebrei operibus. nocte colligendo paleas. et die lateres faciendo. ⁊ idem numerus laterũ exigebatur ab eis qui et prius. Flagellabantq̃ sunt magistratus de filijs israel. qui preerant fratribus suis operantibus. nocte colligendo paleas a prefectis pharaonis. Magistratus enim operum hebrei erant. prefecti vero magistris egiptij. Veneruntq̃ prepositi filij israel ad pharaonẽ. ⁊ dixerunt. Cur inique agis contra seruos tuos? Qui ait Vacatis ocio. et ideo dicitis. Eamus sacrificemus domino. Ite ergo. operamini. palee nõ dabuntur vobis. Cũq̃ egrederentur. occurrerunt moysi ⁊ aaron. et dixerunt eis. Videat dominus iniuriaz vestram in nos. et iudicet. quomodo fetere fecistis nos id est abhominabiles reddidistis cor̃ pharaone. Et ait moyses ad deuz. Cur misisti me. vt affligeres populum tuũ? Cui dominus. In manu robusta efficaz eos. Et adiecit. Ego sum qui apparui abraham ysaac ⁊ iacob in deo omnipotẽs. ⁊ nomen meũ adonay nõ indicaui eis. i. fortitudinẽ ⁊ potentiã ad quas pertinet hoc nomen. sed pietatẽ ⁊ sapientiã. ad quas p tinent bely ⁊ beloy. Vel non indicaui sicut tibi. Apparuit enĩ dominus abrahe. sed moisi locutus ẽ facie ad faciẽ. Et iterꝫ Introducã vos in terrã sup quaz leuaui manũ meã id est iuraui. vt darem eaz patribus vestris. ego dominus. q. d. Ita verum est hoc. sicut ego sum dominus. et ẽ iuramenti species. Narrauit moises hec omnia filijs israel. nec aquieuerũt ꝓpter angustiã spiritus. Cõnumerat autez hic historia principes domorũ per familias suas. sed de tribubus tantũ. s. rubẽ. simeon ⁊ leui. Nobis autẽ de solo leui dicere sufficiet. Filij leui fuerunt. gerson. caath ⁊ merari. Et quibus tres familie leuitaz terminate sunt. gersonite. caathite. merarite. Filij caath amraz et isuar chore. Filij amram de iocabeth. aaron moises ⁊ maria. Accepit autez aaron vxorẽ elizabeth filiam aminadab. sororẽ naason. que peperit ei nadab ⁊ abiud. eleazar et ithamar. Eleazar accepit vxorẽ de filiabus phanuel que peperit ei phineez. Iste est moises ⁊ aaron. quibus locutus est dominus in terra egipti. Hoc addidit esdras vt quidam dicunt. Vel moises de se nõꝫ de alio locutus est.

De mutatione virgarum in colubraz Cap. XIII.

Terum locutus est

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dominꝰ ad moisen. Loquere ad pharaonem omnia que loquor tibi. et ne timeas eum. Ecce constitui te deū pharaonis. id est potentē in ipso ⁊ in terra eius facere signa ad modū dei. Aaron erit ꝓpheta tuꝰ id ē ploctor. Nō tū moises deꝰ. vel aarō ꝓpheta. Ingressiq; sunt moises ⁊ aaron ad pharaonē. Moises erat. lxxx. annorū aaron. lxxxiij. qñ locuti sunt ad pharaonē Tulit ergo aaron virgā moisi. et iecit eaz in terrā corā pharaone. ⁊ versa est in colubrū. Vocauitq; pharao maleficos. et fecerūt similiter. ꝓiciētes singuli virgas suas. que verse sunt in dracones. sed deuorauit virga aaron virgas eorū. Et scien dū. quia magi oculos spectantiū deludebāt. Vel secūdū augustinū. demones discurrūt p mundū. ⁊ subito semina rerum de quibus hocagitur afferunt.

De plagis egypti Et de aqua versa. in sanguinez Ca. XIIII. Et. XV.

INduratum est cor pharaonis. nec audiuit eos. Et ait dominus ad moysen. Egredere ī occursū pharaonis. cuz egredieꝰ ad aq̄s. et dices. In hoc scies. q; dñs sum. Percutiā virga aquā fluminis. et ꝛtetur in sanguinem. Pisces morientur. et affligentur egyptij. et factum est ita. Et percussit aaron aquam fluminis. ⁊ versa est in sanguinem. et fuit sanguis in omni terra egipti. in fluuijs. riuis. et paludib? Forte nō in omnibus. sed ī his que manabāt de nilo. ⁊ ī vasis domorū tam ligneis q̄z sareis. Foderunteq; puteos egiptij per circūitum fluminis. et inuenerūt sanguinē. Fecerūtq; similiter magi iānes et mābres. Et dicūt

Pria rubēs vnda. ranarum plaga secunda. Inde culex tristis. post musca nociuior istis. Quī ta pecus strauit. vesicam serta creauit Postq; subit grando. post brucus dēte nefando. Nona tegit solē. primā nec cat vltia plē.

ꝙ allata sit aqua de terra iessen. quā non percussit dñs plagis ꝓpter filios israel. qui habitabāt in ea. Tamē iosephus dicit. ꝙ hebreis fluuius potabilis erat. licet esset mutatus. Egyptijs vero non solū colore. sed etiā sapore amaro cruorē preferebat. Vñ potius videt ꝙ alibi q̄z in nilo aqua fuerit in egipto. Et hec est prima plaga. qua percussit dñs egiptū septez diebꝰ. De qua dicit iosephꝰ. ꝙ pharao timēs proces ⁊ hesitās hebreos abire ꝓmisit. Cūq; malū fuisset relenatū sūam permutauit.

De ranis. Cap. XVI.

ITerum locutus ē dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonē. et si noluerit dimittere populuz. dic ad aaron. vt extendat manū sup̄ flumina riuos. et paludes. Et fecit sic. Et ascenderunt rane. ⁊ operuerūt terrā egipti. Que vt dicit iosephus orte in breui morieban tur. et putrescēnibꝰ cadaueribus. fetor nimis noxius exalabat ex aqua. imo quedā quasi domestice domos intrāres. sepe in cibis et potib? ⁊ lectis inueniebant. Fecerūt autē malefici similiter. Sūt autē tria genera ranarū. vnū fluuiale ⁊ vocale. aliud minimū qđ ⁊ calamitū dicit. qđ si ꝓiciat in os canis obmutescit. terciū magnū est ⁊ venenosum. quod rubeta dicit. ⁊ vulgo crassantium. Dixit ergo pharao ad eos. Orate dñm. vt auferant rane a nobis. et dimittā populum. Et clamauit moyses ad dominū. et mortue sunt rane. Videsq; pharao ꝙ data esset requies. nō dimisit eos.

De cimphibus. Capi. XVII.

DIxitq; dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extende virgā. ⁊ percute puluerē terre. ⁊ sint cinifes ī omni terra egypti. Et factū est ita. Sūt autē cinifes muscе adeo subtiles. vt visum nisi acute cernētis effugiant. et corpus cui insident acerbo torebāt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

stimulo. Fecerūq; malefici similiter. vt educerēt cinifes. ⁊ nō potuerūt. Et dixerunt pharaoni. Digitus dei est hic id est spiritus dei. Sicut enī per terrā filius sic per digitū spiritus solet accipi. Augustinus. Queritē quare in hoc defecerint. ⁊ nō in primo vel secundo. Et dicit hoc esse factū ad notādū. qz ⁊ si phī habuerūt noticiaz patris ⁊ filij. nō tñ spirit⁹ sācti. Hec tria signa facta sūt p manū aaron. q̄ sequūtur. vl a dño tantū quedā. vl p moysen.

Decimonia Cap. XVIII

DIxit ergo dominus ad moysen. Egredere ad aquas ad pharaonē. ⁊ dic ei. q̄ si noluerit dimittere populū meum. mittā in omnē terraz egipti. omne genus muscarū. ⁊ faciam in die illa mirabilē terrā iessen. que habebit tranquillitatem. Et factū est ita Et venit musca grauissima in omnē terrā egipti. Figurata locutio est. id est

multitudo muscarum. et expressius dictuz est q̄ si pluraliter diceretur. Pro quo. lxx. posuerunt cynomia id est musca canina. qō et in psalmo legitur Tunc vocauit eos pharao et ait. Ite sacrificate deo vestro in terra hac Qui dixerūt. Nō possumus. Abominationes egiptioruz immolabimus. Si mactauerimus que colunt egipti corā eis. lapidibus obruēt nos. Taurum enī adorabāt in honorem apis. vaccā pro ysside. ouez pro hamone. Unde abhominabile erat eis occidi hec. vel comedi. Et ait pharao. Ite i desertū. nec longi⁹ ne abeatis Rogate dñz p me. Egressus moyses. et recessit musca Et ire

id est quadaz consueta locutione dicitur hoc. secūdum quaz ait augustin⁹. Singularis numerus. nescio quomō plus significat q̄ plura lis. vt i armato milite cōplet Per hāc clausulaz. locutō ē. notatur figura. per hanc sensus est et locutōnis proprietas

rū cor pharaonis iduratū ē. Pro his duobꝰ plagis dicit ioseph⁹. q̄ inumera multitudo pediculoz egipti⁹ pullulauit. et ire rioribꝰ ebullies. quos neq; lauacris nec medicamentoz vnguētis exterminare poterāt. Vultus enī plagis. pter decez famosas credibile est pcussos egiptios.

De morte pecoruz. Cap. XIX.

DIxit dominus moysi. Dic pharaoni. si retinuerit populū meū. eras inducam pestē grauem. ⁊ morient⁹ omnia animātia egipti. nec quicq; ō his que possidet israel morie⁹. Et mortua sūt animantia egipti que scz erāt in domibus. quia que in pascuis erāt. post grandinez perierunt. Uel forte determinatū nō est. qz sine multo tēporis interuallo forte hec facta non sūt. ⁊ potuerūt alium de habere iterū animātia. Pro hac etiaz dicit ioseph⁹. q̄ bestijs multigenis quarū aspectꝰ nullus occurrit do minus regionē eoz implenit. quibus et ipsi consumebant⁹. ⁊ terra agricolis nuda bat⁹. Et ingrauatū ē cor pharaonis. ⁊ noluit dimittere populum.

De vlceribus et vesicis Cap. XX.

IterūDixit dominus ad moysen ⁊ aaron. Tollite cineres de camino. ⁊ spargat illos moyses. in celū coraz pharone. ⁊ erūt in hominꝰ ⁊ iumētis vlcera ⁊ vesice in oī terra egipti. ⁊ factuz est ita. Nec poterāt etiā malefici stare coram pharaōe. pter vulnera q̄ erāt i eis et interiori corruptione venientia.

De grandine. Cap. XXI.

DIxit quoq; dominꝰ ad moysen Dic pharaoni Hec dicit dñs. Idcirco posui te vt ostēdā i te fortitudinē meā. ⁊ narret⁹ nomē meū i oi terra. En pluā hac ipa hora cras talē grādinē qualis nō fuit i egipto vsq; i diez hāc. nec etiā i paribꝰ yporeis Cōgrega

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

que habes in agro. Homines.n.⁊ iumẽ/
ta fozis inuenta grandine morient. Qui
timuit de seruis pharaonis dominũ. cõ/
fugere fecit seruos ⁊ iumenta in domos.
Extenditqz moyses virgã in celũ.⁊ dedit
dominus tonitrua grandinẽ ⁊ fulgura.⁊
ignis et grãdo pariter mixta ferebant. Et
pcussit grando cũcta que fuerãt in agris.
⁊ herbam ⁊ lignũ regionis confregit. Qz
deum lesum est. qz iam virens erat ⁊ linũ
qz iam folliculos germinarat. Triticũ ve
ro ⁊ far qõ est grani genus frumẽto gros/
sius nõ sunt lesa. qz serotina sunt. nec ad/
huc virentia. qz in spicam nondũ prodi/
erant. tantũ in terra iessen grando non ce
cidit. Et vocauit eos pharao ⁊ ait. Pec/
caui etiã nũc. orate dñm pro me. ⁊ dimit/
tam vos. Egressusqz moyses ex vrbe extẽ/
dit manus ad dñm. ⁊ cessauit tempestas
nec eriam stillauit pluuia super terram.
Et ingrauatum est cor pharaonis.

De locustis. Ca. XXII.

Dixitqz dñs ad moysen. Ingredere ad
pharaonez ⁊ faciam signa q̃ narres filijs
⁊ neptibus. vt sciatis qz ego sum dñs.
Et ingressi dixerunt regi. Hec dicit
dñs. Ecce inducam cras locustas in fines
tuos. vt comedatur qõ reliquũ est grandi
ni. Egresso moyse. dixerunt serui phara/
onis ad eũ. Usqzquo patiemur hoc scan/
dalum? Dimitte homines. qz perit egipt?
Et reuocatis illis. dixit pharao. Qui nã
sunt qui ituri sunt ad sacrificandum? Et
ait moyses. Viri ⁊ mulieres. senes ⁊ par
uuli. cum omnibus ouibus ⁊ armentis.
Et respondit. Cui dubium est q̃ pessime
cogitetis? Non fiet ita. sed ite viri tantuz
hoc enim petistis. Et eiecti sunt a conspe
ctu eius. Et extendit moyses manũ super
terram egypti. et induxit dñs? austrũ
die illa et nocte. Qui leuauit locustas. et
sederunt inumerabiles in cunctis finib?
egipti. ⁊ deuorauerũt omne virens in li/
gnis ⁊ herbis. Dicitur autem locusta q̃si
longa hasta. quia longiora retro habet
crura. Festinusqz pharao vocauit eos
et ait. Peccaui in deum vestrum ⁊ ĩ vos
Orate pro tollenda peste. hac etiaz vice.
Et egressus moyses orauit dominũ. Et
flauit ventus ab occidẽte. et proiecit locu
stam in mare rubrũ. Et indurauit domi/
nus cor pharaonis. nec dimisit israel.

De tenebris. Capi. XXIIII.

Extẽditqz moy
ses manũ in celũ ⁊ facte sunt te/
nebre palpabiles. vt nec videre nec mo/
ueri localiter possent egiptij. multi etiaz
mirabiliter compulsi sunt mori. Ubicũ/
qz autem erat israel. lux erat. Et vocauit
eos pharao. et ait. Ite vniuersi. oues tan
tum. et armẽta remaneant. Et ait moyses
Nec remanebit ex eis vngula. presertim
cum adhuc ignorem⁹. quid debeamus
immolare. Et ait pharao. Caue ne vltra fa
ciem meam videas ⁊ moriaris.

De diebus egiptiacis vitandis.
Cap. XXIIII.

Dixit ergo moy
ses ad fratres suos. ⁊ dixit dñs
ad eum. Adhuc vna plaga tangam pha/
raonem. ⁊ dimittet vos. Notandũ. quia
plures fuerunt in egipto plage q̃s decem
quas exodus enumerat. sed nõ fuerũt ad/
eo graues forte. ⁊ ideo tacent. Uñ quidã
dies egiptiaci dicunt. qz in his passa est
egipt? quoz duos tantũ in singulis mẽ/
sibus notamus ad memoriã. cum plures
forte fuerũt. Nec est credendum. q̃ egy/
ptij licet astrozũ periti. de prebẽderũt di/
es hos nefastos in inchoatione opis. vel
itineris. vel minutionis. Nota etiam
q̃ quidã egiptiozũ rimãtes egiptũ piruã
egressi sũt vt cycrops. qui igressus greciã
vrbẽ ꝑdidit. quã vocauit actẽ. q̃ postea di
cta ẽ athene. quã q̃dã grecoz diadas. q̃dã
ortomenã dixerũt. Qui dict? est differes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et est nomen egiptiuz. quod latine dicit quasi dibomo. vel qz tradidit grecis matrimoniũ matis et femine. vt ait pompeius tregus. vl bicorpor. vel ꝓpter ꝓcreatẽ statute. vel ꝓ viriũ ĩmensitate. vel ꝓ peritia vtriusqz lingue quaz habuit grece ⁊ egipte. sub quo primo nata ẽ in arce oliua. Credit etiã eadẽ tempestate egressus dionisius bachus. qui ⁊ argos condidit. ⁊ vsum vinee grecis. Dicit etiã diluuiũ in cessalia factũ sub deucalione. ⁊ incẽdiũ sub feronte circa tempora moysi. et sub eo hercules acteũ vicit. erictonius filiꝰ vulcani currũ. et troilus primus quadrigam iunxisse feruntꝰ. Egiptus que prius melaniz. post aerea. ab egipto rege submerso egiptus dicta est. Lacedemõ filius semeles lacedemoniã condidit. xantus triopa lesbum. Epidaurus cõdita ⁊ corinthus. que prius ephyla. ysis secundũ quosdaz ex thelano epaphũ genuit. qui memphiz cõdidit. cũ i secũda egipto regnaret. Dane determinãs dñs plagaz que restabat. ait. Ingrediar in egiptũ. et morietꝰ omne primogenitũ a primogenito pharaonis. vsqz ad primogenitũ ancille que ẽ ad molam. etiam primogenita pecoruz. Apud vos vero nec murier canis. et peteris vasa preciosa ab egyptijs ⁊ dabũt vobis.

De diebus azimorũ ⁊ regno paschali. Cap. XXV.

Locutum dixit dominus ad moysen. Mensis iste erit vobis primus in mẽsibus anni. Hic est aprilis. idẽ lunario aprilis. que ĩ marcio sepe inchoat. Hic dicitur ab hebreis nisan. apud egiptios parmuti apud macedones xanticus. Voluit quippe dominus iudeos a ceteris nationibz differre si cut religione ⁊ caractere circumcisionis. ita et temporis ratione. Romani enim ex traditione numẽ põpilij primũ mensem ponũt ianuariũ. qz tũc incipit sol ascendere post solsticium hiemale. arabes inchoant annũ post solsticiũ estiuum. Cõgruẽtius videtur fieri ab hebreis in marcio. ĩ quo ⁊ mũdus ꝓditus legit. In aprili ergo cerimoniali differũt a nobis. in tẽporali conueniũt nobiscũ. Et adiecit dominus. Decima die mẽsis huius tollet domus quecũqz agnũ vel si nõ poterit agnũ saltẽ hedũ. Nõ si nõ sufficiet numer? domus ad esum agni. assumet de domo vicina domui sue iuxta numez animarũ que sufficiãt. et erit masculus amniculus. id ẽ vnius anni. sine macula. nõ quidẽ velleris sed corporis. quod in leuitico determinatur. Si cecũ fuerit ⁊ fractũ. tẽ. ⁊ sumptũ de grege seruabitis euz in domo vsqz ad. xiiij. diẽ. ⁊ imolabit eũ oĩs multitudo. queqz domus. s. suuz ad vesperam. et tinget is cum fasciculo ysopi vtrumqz postem et superliminare sanguine edentes carnes nocte illa assas igni. nec coctum quid de ea aqua. aut cesum nisi quod igni? tollebat significabat aliquid eternum. Sic enim de luna quarta die creata quasi fuerit prima die mundi. xi. ⁊ ante mũdũ. x. Aliũt quidam qꝫ. x. capita erant in esu vni? agni. Bene attẽdas hoc sez qꝫ luna fuit creata quarta feria. et eo die. xiiij. et sic tercia feria fuit. xiij. secũda feria. xij. prima feria. xi. Per. x. lunam. a. s. xiiij. innuit. qꝫ agni? dum id est semicrum ex festinatione. et azimos panes cum lactucis agrestibus quarũ amaritudo amaritudinẽ seruituris memoraret in sempiternum. Caput cuz intestinis vbrabitis et pedibus. Si quid residuum fuerit igni conburetis. quia vt ait iosephus. crematum sursum ferri solet. et eleuatio ignis. eleuationem ab eis pestis que vastauit egiptios signauit. nec comedet de eo incircumcisus. De modo etiã comedẽdi ait. Renes vestros accingetis. calciamẽta in pedibz tenẽtes baculos in manibz. os tũ fẽgetis. nec de carnibz foras mitteris ⁊ cõedetis festinanter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Est enī phase id est trāsitus domini. Dicta est autē nox illa transitus. qz transiuit in ea angelus peregiptū percutiēs pīo genita ab homine vsqz ad pecus. z transiuit sup tecta hebreoꝝ illita sanguine. Et aggressus est israel iter trāseundi ab egypto. Iterūqz ait dominus. Diē hunc habebitis solēnem z in monumētū in generationibz vestris cultu sempiterno. Septez diebz azima cōedetis. prīa dies erit sancta z venerabilis. similiter z septima. Nihil opis facietis in eis exceptis his q̄ ad vescendū pertinent. Paret. q̄ mediis diebz poterāt opari. Ex hoc etiā patet. qz sabbatū erat eis solennius quouis festo quantū ad ociū. in quo necad vescendū licet opari. Inde potuit esse. q̄ mulieres in ipso die solēni pasce potuerunt parare vngēta ad vngendū dīm. qđ sabbato nō licuisset. In ezechiele festuz in prima die aprilis legit. et in. vij. quod nō hic. Et egressi filij israel fecerūt sicut p̄cepit dominus moysi z aarō. et cōgregati sunt. xiiij. luna in finibz egipti circa ramassen. Lamen ioseph9 dicit eos cōgregatos. x. luna z vix exspectasse quartādecimā.

De morte primogenitoꝝ. Capitulum. XXVI.

Factū est autem noctis medio pcussit dominus omne primogenitū egipti. nec erat dom9 in qua nō iaceret mortuus. dīo forte ita pcurante nō fuisse domum absqz primogenito. Cōpulsusqz pharao dixit moysi per nuncios vt egrederetur cum omnibz suis. imo et egiptij vrgebāt eos exire. Tulit igitur populus farinam cōspersam super humeros ligatam in pallijs. et peterunt vasa ab egiptijs vestēqz plurimam et spoliauerunt egiptios ex pcepto domini. tum p̄o mercede laboris qua fraudati erant. nim vt inde fieret tabernaculum. Et erant quasi. vc. milia virorum pedituꝫ absqz paruulis. z vulgo famulantium eis innumerabilī. et duxerunt secuz diuersi generis animātia multa nimis.

Pharao vel egyptus que decem plagis verberata nō cessit. solo sanguine agni victa filios israel dimisit.

De exitu israel de egipto. Capitulū XXVII.

Factū est autem vt nilus p̄ter solitū adhuc inundaret terrā in q̄ erat sepulchz ioseph. Tenebant autē iuramēto apportare ossa ei9 Tūc moyses scripsit i lamīa aurea nomē dīi tetragrammatō. que suppposita aque supnatauit. vsqz dū veniens steterit supra vbi erat sepulchrū. Et effodiētes sustulerūt ossa. que sublata leguīt eis ꝓpherasse forte de difficultate itineris. Tū hebrei tradūt. q̄ ouis ex improuiso affixit iurta eos. que locuta ē ad eos. Ob quā rem duxerūt eā secū multo tpe p̄ deserti. et direxerūt eā ouē ioseph. de qua ibi. Qui deducis velut ouē ioseph. Ingressu etiā eoruz terremotu facto. m̄lta tēpla egipti cū idolis suis corruerūt. Habitatio autē filioꝝ israel in egipto fuit. cccc. xxx. annorū. Sz noīe egipti intelligēdus ē oīs incolaꝝ eorū. qui icepit a promissione abrahe facta in via mesopotamie. a qua vsqz ad legē data tot anni fluxerūt. Solis enī. cc. xliij. annis seruiuit israel in egipto post mortē ioseph. Quibz expletis eadē die egressa est oīs multitudo de terra egipti. quod etiā mirabilit̄ a deo factū ē. Vel forte ea dē die qua exiuit abrahā ad peregrinādū Et nota qđ hic dicit. die qua egressi sunt z ifra. memētote diei hui9 in qua egressi estis de egipto. prima die. s. azimorū. etiā supra legit̄ dictuz eis. nullus egrediatur ostiū domus sue vsqz mane. ecōtra statiz legit̄ hic. Nox ista obseruabilis est dño. quādo eduxit eos de terra egipti. Forte intelligendū est nocte eductos id ē ad mane egrediendū ab egiptijs nocte cōpulsos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Profecticz sunt de ramasse in sochot. nec sunt secuti eos egiptij. sepelientes mortuos suos. Multi etiã egiptiorũ flebãt penitentes. q eis fuerãt tã crudeles. Coxerunt czq farinã quã tulerãt de egipto. fecerũtq subcinericeos panes asimos. ex modico ramẽ rpecoagulatos. His eniz vsi sunt trigintа diebꝫ. Non enĩ vltra sufficerunt que tulerãt de egipto. licet sub necessitate custodirent. nec eis ad satietatez velcerentur.

De sanctificatione primogenitorũ. Cap. XXVIII.

Dixitq iterũ dominus ad moysen. Sanctifica mihi omne primogenitũ masculinuz qđ aperit vuluã. taz de hominibꝫ q de iumentis. q percusserat primogenita egypti in liberatione eoꝝ. Et q solos masculos pro hoc sibi voluit sanctificari. dici põt. nõ percussos nisi masculos. Vel forte q primogenita eoz a percussore angelo liberauerat. et hoc mõ sua erãt. voluitq vt deceps essent sua oia. Vel q ex omni fructu primo honorãdus ẽ deus. Primogẽiti ergo de filijs leui offerebant nec redimebant. et seruiebãt iugiter dño. primogeniti aliorum offerebant. z. v. siclis redimebant. Primogenita pecorũ apta ad immolandũ oblata erãt sacerdotĩ. Immundoruz vero nõ oblata. quedã redimebantur. vt primogenitũ asini oue mutabat. que pro eo offerebat. quedã necetiã redempta occidebant. vt primogenitũ canis. De alijs ĩmundis legit in numeris. q redimebãtur. v. siclis. Et adiecit dominꝰ. Cum introduxerit te dñs in terrã promissam ĩtrimabis hec filijs tuis. seruãda ritu sempiterno. Eritq hoc quasi signũ in manu tua. et quasi appensum quid. ob recordationez ante oculos tuos. vt. s. huius liberatiõis memoria nõ aliter veniret in obliuionem q̃ que manu gerunt vel ante oculos appendunt. Qđ pharisei ad litterã obseruantes. in cartis hec scribebãt et decalogũ simul. ꝛ eas sinistris circũligabãt brachijs. ꝛ inter oculos appendebant. quas dñs in euangelio philacteria vocat a philare et thorat.

De deserto egipti. Capi. XXIX.

Igitur cum emisisset pharao populũ. nõ eduxit eos moyses p palestinã cõterminã egipto. ꝓpter antiquã molestiã ꝛ odiũ patrũ. ne insurgerẽt philistei aduersus eos. sed circũduxit eos per desertũ. quod ẽ iuxta mare rubrũ. Tuz p mãdato domini iubẽtis. vt ducerẽt populus ad montẽ synai ad ĩmolandũ sibi. Tum si penitẽtes egyptij vellẽt eos persequi. grauẽ molestiã sustinerẽt itineris. Armatiq ascenderunt filij israel de terra egypti. multa. s. suppellectili muniti. Tamen alia trãslatio habet. quinta ꝓgenie ascenderũt filij israel. Moyses enim a iacob quintus fuit. vel p tribũ iudea phares vsq ad salomonẽ quinq fuerunt tñ generationes. Hebre? habet quinq generationes ascenderũt filij israel. Profectiq de sochot venerũt in etha. Etham ciuitas erat tũc deserta in capite solitudinis. que a ioseph⁹ lucus dicitur. vbi et babilonem postea factã dicunt. dum cambises egiptuz vastaret. Non illam famosaz babilonem nabuchodonosoz. sed aliam babilonem que etiã nũc ĩhabitat. ꝛ dicitur ibi requiescere beata katherina ĩ mõte synai. ꝛ sunt ibi monachi religiosi. ꝛ ardet solummodo oleum in lampadibus. quod de tumba illius beate virginis manat. De ducatu colũne ꝛ mari rubro. Cap. XXX.

Dominus autez vt dux esset itineris. precedebat eos per diem in colũna nubis contra feruorem solis et per noctem in columna ignis contra tenebras. et vt sibi a serpen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

tibus prouideret. Precepitq; dominus vt reuersi aliquantulū versus egiptū castra metarent in regiōe phiayroth. que ē inter magdalū ⁊ mare cōtra beelsephon. Est autē magdalū ciuitas in cōfinio egypti. ad quā iudei tēpore hieremie interfecto godolia primo cōfugerūt. ⁊ posuerūt castra sup mare rubrū. Huius maris aq nō est rubea. sed ois terra circūstās rubea ē. ex qua viciat gurges ⁊ inficit. vnde minimū acutissimū excipit. Quicquid etiaz ad esum in fluctibꝫ ē. in hūc colorē cadit. Ob hoc ibidē rubre gēme inueniuntur. que humo iuolute ⁊ iter harenas arrite terre colorē habēt ⁊ maris. Hoc mare in duos sin⁹ diuidit. qui ab oriēte ē pſicus sc̄z appellat. quia pse oraz ei⁹ inhabitant alter arabicus dicit. vbi tū nos dicimus rubrū. hebreus dicit cānosum. q; cāne in litoribꝫ eius abundāt. Sane ibi coartati sunt filij israel. Ex vna pte erāt mōtes asperrimi ⁊ inexabiles. ex altera mare.

De trāsitu maris rubri. Capitulū. XXXI.

Rmutatūq; est cor pharaonis. tulitq; cccc. currus. ꝓprios. et ccc. ab egiptijs. ⁊ insecut⁹ est eos. equites quoq; duxit. l. milia. et ducēta milia pditū armatorū. Leuāteſq; oculos hebrei. viderūt egiptios post se. et timuerūt valde Necq; eni fuge facultatē habebāt nec habere poterāt. q; inermes erāt. nec ibi morari ꝓpter ciborū inopiā. Cūq; plurimuz arguerēt moysen. dixit eis. Nolite timere hoc fecit dñs. vt hodie videatis magnalia eius. Ipse pugnabit ꝓ vobis. ⁊ vos tacebitis. Egiptios quos videtis nūc. non videbitis in sempiternū. In hebreo pleniꝰ est. nō videbitis in sempiternuz. vt nunc videtis viuos. s. Et oranit moyses ad dñm. Qui ei dixit. Quid clamas ad me? Eleua virgā tuā et extēde manū tuaz sup mare ⁊ diuide illud. vt p siccū ingrediant filij israel. Tollēsq; se angelus qui ꝓcedebat eos stetit post tergū inter egyptios ⁊ israel. et erat nubes tenebrosa egyptijs. lucida hebreis. Cūq; extendisset moyses manū. flauit vētus vehemēs et vertit aquā in siccū. ⁊ diuisum ē mare in tres. diuisiones. vt quecq; tribꝰ p turmas suas īcederet. Et aduocās moyses singulas tribꝰ secundū ordinē natiuitatis sue hortabat eos. vt ipsum preeuntē sequerent. Cūq; timuissent intrare rubē simeō et leui. Judas autē primus aggressus est iter post eū. vnde ⁊ ibi meruit regnū. Profecti sunt ergo p mediū maris. ⁊ erat aqua quasi murus a dextris eorū ⁊ a leua. Nō videtes egiptij. vesanos iudicabant eos. Sed cū viderēt illesos abire. ingressi sūt post eos. Jāq; venerat vigilia matutina Et respexit dominus super egyptios p columnam ignis ⁊ nubis. id est in tolerabiles imbres et graues tonitrus coruscatiōesq; ac lampades iniecit super eos. Unde ⁊ territi dixerūt. Fugiamus hierusalez. dominus enim pugnat pro eis. Filij autem israbel secundum iosephum ad contrapositam venerunt terram. Hebrei vero trauerunt. q; cum venissent ad extremum mōtis porrecti in mare per longuz maris viam eos obliquasse. et circūeundo montē ad idem litus egipti rediisse. Nō ꝓbant sic. Natura maris est vt quod perit ī eo. ad proximum litus proiiciat. Cum ergo mane iacerēt egyptij mortui in litore. patet quia idem erat litus ex altera montis parte. Nō enim in spacio noctis fere equinoctialis. nec illi nec ibi etiā ad mediū maris transcurrissent. quia spaciosum ē ibi. Cunq; sic perturbarentur egiptij. moyses domino iubente extendit manū suaz sup mare. et reuerse sūt aque ad priorē locū ⁊ operuerūt egiptios. nec vn⁹ quidem

Quatuor dicuntur vigilie matutine. Prima cōticiniū galli. secunda tempestiuū. tercia gallicinium. quarta antelucanum. et isti in quarta ī greci fuit mare rubꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

suꝑfuit ex eis. ⁊ tulit israel arma mortuo/
rū. moyses q̄z dño canticū exposuit exame
tro carmīe. Cātem⁹ dño. ⁊c. Q̄ō q̄z prius
legit ceteris. canticū dicit canticoꝝ. Nec
hoc discredendū esse dicit ioseph⁹. cū ale
xandro macedoni ⁊ exercitui eius darius
insequēti mare pamphileū diuisum fuis
se legit. dño iubēte. qui p eū regnū persa
rū delere voluit. Q̄ozat⁹ est aūt israel iu/
xta lit⁹ maris. vij. diebꝫ. ⁊ cū ympanis et
musicis instrumētis singulis diebꝫ veni
ebāt ad fontes. et cantabāt dño cāticū moy
si. viri seoꝛsum. ⁊ mulieres seoꝛsum. In
cui⁹ rei memoriā. vij. paschalibꝫ diebꝫ can
tando redim⁹ ad fontes. Et terminat hic
liber ioseph⁹ secundus.

De dulcoratōe aque marath. Capi
tulū. XXXII.

Post hec egressi
sunt ī deserū sur. Lamē bebre⁹
hz in deserū ethā. Dicim⁹ enī. q̄z pri⁹ an
te mare fuerūt in deserto ethā. post
mare in deserto sur. post helim in deserto syn.
Ambulauerūt q̄z tribꝫ diebꝫ p solitudinē
nec inuenerūt aquā donec venerūt in ma
rath. vbi aquā inuentā p amaritudie non
poterāt bibere. Ūñ ⁊ locū illum dix̄erūt
marath ab hac amaritudie aque. vel po/
tius pro amaritudie animi. Animequior
est enī qui sitit si nō inuenerit potū. q̄z si in
uenū gustare nō possit. Dñs aūt ōñdit
lignū moysi. q̄ō cū missset in aquas dul
coꝛate sunt. Forte lignū illud talis effica/
cie erat. et forte miraculose factū ē. vt ī so/
liturdine in qua nō erat lignū inueniret li
gnū. Hebre⁹ dicit. q̄z illud lignū natura/
liter amarissimū erat. ⁊ vt mirabiliter in/
notesceret vis diuīa. amarū addit⁹ ama
ro dulcedinē operatū ē. Ioseph⁹ videtur
velle. q̄ aque viciū hoc cōtraxerāt. q̄z sem
per i mote fuerāt. secundū illud. Et viciū
capiūt. in moueant aque. Dicit enim ibi
fuisse modicū puteū. Sumēs aūt virgā
moyses quā habebat in ꝑsenti. scidit eam
p mediū. in lōgitudine ic̄isionē faciēs. et
iecit ī puteū. ⁊ ꝑcepit populo vt hauriēt
aquā ⁊ plurimā pr⁹ effunderēt. vt vltra
que remaneret. frequēntibus cōcussionib⁹
exercitata ⁊ purgata fieret potabilis. Ibi
etiā dedit eis iudicia. nōdū tñ in re. s. q̄ da
turū se p̄misit. si obedire sibi vellēt. Hec
dicit scꝛa mansio. Ergo vel ramasse erit
prima. vel vna tacet qñ in litoꝛe maris se
ptē diebꝫ moꝛati sunt.

De duodecim fontibꝫ. ⁊ lxx. palmis
helym. Capi. XXXIII.

Post hec ve/
nerūt in helim. vbi erāt. xij. fōtes. ⁊
lxx. palme. Et dicit ioseph⁹. q̄ modica a/
qua erat in fontibꝫ. vt q̄ō ex ea modicū su
meret manibus. cenosum esset ⁊ inutile.
Propter hoc etiā palme nō multū emi/
nebāt a terra. q̄z nō sufficiebat humoꝛ ad
cōglutinandā humū. Exinde venerūt in
desertū syn. q̄ō ē inter helim. ⁊ syna. vbi
plures fecerūt māsiones que in numeris
exponuntur.

De coturnicibꝫ ⁊ māna. Capitulū.
XXXIIII.

Vinto decimo
die mēsis secūdi. i. may. xxx. s. ab
exitu eoꝝ de egipto. q̄ñ. s. pascha celebꝛa/
bāt defecerūt eis victu/
alia que tulerant
de egipto. et dixe/
runt Vtinaꝫ moꝛ
tui essemus i egip
to. quando sedeba
mus super ollas
carnium. et come/
debamus panem
in saturitate. Cū
q̄ oꝛasset moyses ad dñm dixit ad eos.
Audiuit dñs murmurationes vr̄as p cū. ⁊
dabit vobis vespe carnes. ⁊ mane pānes ī sa
turitate. Factūq̄ ē vespe. Et ascēdens co
turnix de sinu arabico. vbi ꝑcipue nutrīt

Precepit dominus
moysi vt si aliquis.
vel pro remotione.
vel pro immūdicia
non posset pascha ce/
lebꝛare. in primo. s.
apali secundi men/
sis. s. may decio die
illud celebꝛaret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

transcēso medio mari operuit castra. ⁊ ad libitū populi capiebatur. Est autē auis regia quā iosephus ortigiā vocat. grecus ortogometram. nos vulgo curlegiū dicimus a currendo. Mane vero cū oraret moyses ros descendēs illinitus est manibus eius. quē prius imbrē suspicatus est. sed cū gustasset. sensit mellis dulcedinē. ⁊ panē promissū patrum intellexit. ⁊ iacuit ros per circūitū castrorū. ⁊ erat granū minutū quasi semen coliādri. album in modum pruine. ⁊ quasi pilo tusū. Q̄ vidētes filij israel dixerūt. Manhu. id ē quid est hoc? Unde deinceps manna dictū est. Q̄ quidam intedinabile putant. alij in prima declinatione ponūt. alij in tercia. sicut ⁊ pasca che vel pascatis. Et ait moyses. Hic est panis vobis datus a domīo. Colligite gomor p singula capita. Et collegerūt alij plus alij minus. ⁊ mēsi sūt ad mensuram gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius. nec qui minus paraverat reperit minus. Forte eīm in aceruis collecta ponebantur. ⁊ reddebatur singulis gomor. Q̄ iosephus vocat assariū. ⁊ est decima pars ephi. Vel forte quantumcūq; quis colligeret veniēs ad ꝓpria non inveniebat nisi gomor qui ab alijs etiam comedebatur. Colligebāt autem mane. quia cū incalescebat sol liquefiebat. quod miraculosum erat. cū ad ignem durū fiebat. Terebāt autē illud in pulverē. et conglutinatū in panes forma bāt. cuius sapor erat dulcissimus. ꝑ quod dictū est. simila cū melle. Et alibi. sapor panis oleati. Q̄ vero dicitur quia sapiebat in ore cuiusq; quod desiderabat non multum autem tenuicum est. Dicit iosephus q̄ etiā hactenus rigatur locus ille siccus imbribus. Dixitq; moyses ad populū. Nullus relinquat ex eo in mane. Quidā tamen reservaverunt. et scatebat vermibus ⁊ cō putruit. Precepitq; moyses. vt die. vi. colligerēt cibos duplices. q̄ sabbato non invenieba in agro. Tamē servatū in die sabbati non corrumpeba. Quidā quoq; putant nec etiā. vi. die collegisse quēq; nisi vnū gomor. sed illud per miraculum multiplicaba. vt duob⁹ sufficeret diebus. hocinde colligētes. quia infra legi. quia ꝓpter hoc tribuit vobis dominus die. vi. cibos duplices. Dixitq; dominꝰ moysi. Imple gomor ex eo. vt custodia in futuras retro generationes. id est in post futuras retro generationes ad memoriā retro habendā. Et fecit moyses iuxta verbū domini. ⁊ posuit illud aaron in vrna aurea in tabernaculo servandū. Aiūt hebrei eos primo habuisse paruū tabernaculū. in quo dominum consulebāt de quo infra. Moyses tollēs tabernaculū. tetendit extra castra procul. Vel per prolemsim de futuro tabernaculo dictū ē. Occibo aliti sunt filij israel. xl. annis. vsq; dum tangerēt fines terre chanaan.

De aq̄ data i raphidiz. C.xxxv.

Igitur profecta ē omnis multitudo de deserto syn per mansiones suas iuxta sermonē domini. ⁊ vēit in raphidim. nō q̄ verbo distingueret eis dominus mansiones. sed indicio nubis stantis. quā preeuntē semp sequebantur ea stāte castra metabant. Ibi omnino defuit aqua. et murmuraverūt cōtra moysen. qui ait ad dominū. Quid faciam populo huic? Adhuc pusillum. et lapidabit me. Et dominꝰ ad eū. Sume de senioribus israel. et vade ad petrā oreb. percutiesq; eā virga. pars ē mōtis syna sic dicta. Alia est ⁊ alibi petra oreb. dicta sic ꝓpter oreb qui occisus est in ea. factūq; ē ita. Et egresse sunt aque. et bibit populus. ⁊ vocavit moyses nomen loci tēptatio. quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

temptauerãt dominũ dicẽtes. Est ne dominus in nobis an nõ? Allie post fuerunt aque contradictionis.

De pugna cõtra amalech. Cap. XXXVI.

Egressus est autẽ amalech vt pugnaret aduersus israel in raphidim. Strabus ait. Amalech fuit filius ysmahel. a quo amalechite. qui & ysmahelite. ipsi sunt sarraceni.

Hos dicit iosephus pugnaces. inhabitantes iaboth & petrã. a circũstantib? conductos ad bellũ aduersus hebreos. Ecõtra legitur in genesi. q̃ eliphas primogenitus esau genuit de cõcubina amalech. Vnde in libro regũ. vbi filius doech ydumei nunciãs dauid mortẽ saul ait. Amalechites sum. Forte duo fuerũt equinoci & ex his duo populi. Elegit autẽ moyses iesum de tribu effraim virũ bellicosum ad dimicandũ cõtra hostes. cui & paucos tradidit armatos. plurimos ad custodiã castrorũ retinuit. Ipse autem ascendit in montẽ. habens virgã dei in manu. Ascenderuntq̃ cum eo aaron & hur vir marie. tamen secundũ paralipomenon fuit filius caleph & marie auus beseleel. Cumq̃ eleuasset manus moyses ad dominũ. vincebat israel. Sin autẽ paululũ remisisset. vincebat amalech. Quo cõperto aarõ et hur supposuerũt ei lapidẽ. & ex vtraq̃ parte manus eius sustentabãt. eranteq̃ graues pro labore orãdi. In huius rei figura. sacerdos manus eleuat in missa. etiaz in figura christi orãtis in cruce. Nec remisit manus moyses vsq̃ ad solis occasum Fugauitq̃ iosue amalech in ore gladij. Et ait dominus moysi. Scribe hoc in libro ob munimentũ. Adhucenim delebo memoriã amalech de sub celo. quod in diebus saul implẽtũ est. Et edificauit moyses altare. et vocauit illud dominus exultatio mea.

De diuisione facta ad consiliũz ietro.

Cap. XXXVII.

Egressus est autẽ ietro cognatus moysi obuiaz ei in desertũ. ubiq̃ secũ sephorã & duos filios eius. Cũq̃ intrasset tabernaculum moysi. narrauit ei moyses signa que fecerat pro eis dominus. et vniuersum laborem itineris sui. Et congratulãs ietro ait Benedictus dominꝰ qui eripuit populũ suũ de terra egipti. Nũc cognoui. q̃ magnus est dominꝰ sup omnes deos. Obtulit ergo ietro hostias domino. & comederũt cũ eo moyses & aaron & seniores israel coram domino. Augustinus tamẽ non vult gentilẽ immolasse domino sed moysen secundũ aliã trãslationem que est. Sumpsit ietro hostias de oblatis a moyse. sumpsit ab eo et comedit. Forte tũc sacrificauit moyses iuxta montẽ. sicut predixerat dominus. Dicit enĩ iosephus. ietro venisse circa montẽ. vbi in rubo multas viderat moyses visiones. Altera die sedit moyses vt iudicaret populuz. qui assistebat ei a mane vsq̃ ad vesperã. Qd̃ attendens ietro ait. Stulto labore cõsumeris vltra vires tuas est negociũ. Sed audi verba mea. et erit dominus tecum. Esto populo in his que sunt ad deũ. et cerimonias & viã mozũ vel itineris ostẽdas eis. Ad decisionẽ vero causarũ eligeviros potentes. timentes dominũ. amãtes veritatem. detestãtes auariciã. Et nota q̃ ĩ his quattuor que dicit cõsideranda in eligendo iudice ponit potentiã que plurimum valet. si tria illa sequantur. alioquin addit oleũ camino. et gladius veneno. Alia trãslatio habet. sapientes quos forsan potẽtes vocat ad iudicandũ. Et addidit. Constitue ex electis quosdã tribunos. idẽ cuiq̃ tribui vnũ prepone. qui a tribu tribunus hebraice. grece cyliarchus. latine millenarius. Non quia in tribu tantũ essent mille. sed certũ numerũ posuit pro incerto. Vel pro multitudine copiosa numeꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

posuit supremū. Forte quia iam principē habebat queq; tribus suuz. sub principe voluit esse millenarios. qui tantuz presesent mille. Sub millenarijs autē monuit cōstitui. r. ethacōtharcos. id est centenarios. vel centuriones. sub centurione duos penthacōtarchos id est quinquagenarios. sub quinquagenario. v. tecanos. Orta igitur lite inter decem stabant ad iudiciuz decani. sicq; facile erat lites paucorum dirimere. Si nō poterāt diffinire ascendebāt ad quinquagenariū. et sic ysq; ad moysen. quod tamē rarū erat. Maiora tamen reseruabāt moysi. ipsi minora iudicantes. In hunc modū ecclesia romana vocauit plurimos in partē sollicitudinis. primates. vel patriarchas. archiepiscopos. episcopos. archidiaconos. archipresbyteros. Et minores sacerdotes leuiora peccata. et quedam grauia. sed occulta iudicāt. Grauiora vero peccata. r. aperta referunt ad episcopum. Acquieuit moyses. nec erubuit vir deo plenus consilium sequi gētilis. dimisitq; cognatuz suū. hebreus vbiq; ponit socrum. Et reuersus est ietro in terram suam.

De puentu ad montē Synai. Capitulum. XXVIII.

Mense ergo tercio egressionis de egipto id est iunio. die hac in kalendis iunij venerūt ad mōtē synai. fixerūtq; tētoria e regiōe mōtis. xlvij. die. s. a phase. In exponēdo scripturas. xxx. dies pro mēse ponim⁹ quasi mediā inter lunares. r. solares menses eligēdo viam. Lunares enī infra tricenariū inueniunt quidā. vltra vero non. Solares vero plures hunc numerū excedunt. A phase quidē. xvi. dies primi mēsis restabant. fluxerūt vero postea. xxx. secundi mensis. Restat ergo q̄ prima dies iunij. xlvij. fuit. Sequēti die diluculo ascēdit moyses in montē ad deū. qui dixit ei. Dices domui iacob. Vidistis que feceriz vobis? Nunc adijcia vt etiā loquar vobis. Si ergo custodieritis pactū meuz. eritis mihi in peculiū de cūctis populis. Que cum moyses retulisset populo. respōderunt. Cuncta que locutus est dominꝰ faciemus. Cumq; redijsset moyses ad dñm ait ei dominus. Veniā ad te in caligine. vt audiat me populus loquentē ad te. va de. r. sanctifica populū hodie. r. cras. id est lauent se et vestimēta sua. Vacent ab amplexibus. et sint parati in diē tercium. r. cōstitues terminos p circuitū mōtis. quos qui transierit tūc et tetigerit morte morietur. Manus nō tanget eum sz lapidabit aut iaculis cōfodietur. siue iumentū siue homo. Vtebant autē vt dicit iosephꝰ in his duobus diebꝰ cōuiuijs opulenter et ornamētis decenter.

De datione legis verbotenus. Capitulū. XXXIX.

Am aduenerat dies tercius. et ante solis ortū ceperūt audiri tonitrua ac micare fulgura. et nubes densa operuit montē. et clāgor bucine perstrepebat. Fumabat mōs. quia descēderat dominus in igne. et fumus ferebat quasi de fornace. r. mōs tremuit vt aiūt hebrei. Timuit populꝰ. sed et moysen ira dei perisse putabāt. Tandē letus apparuit moyses. r. serenus aer cū eo reuersus est inter eos. Et ait eis. Hodie nō audietis moysen filium amram. r. iocabeth. sed illū qui p vobis percussit egiptū. qui per mare iter dedit. qui cibū de celo. potū de petra concessit. per quē adā de fructibꝰ terre comedit. noe ex imbribus ereptus vel exceptus ē. abrahā chananeā obtinuit. ysaac natus ē de senibꝰ. iacob prole ditatus. ioseph sublimatus. Fiant ergo verba hec vobis amabiliora. q̄ filij vel ysrael. Et eduxit populū in occursum domini ad radicē montis. Ascenderūt autē domino iubēte moyses. et aaron vltra terminos. sacerdotes id ē maiores et populus nō transierunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Locutusq; est eis dominus. ita vt nullū
vox effugeret. et sic. l. die dedit eis legem
verbo tantū in figura. quia daturus erat
spiritū sanctū. s. die quinquagesimo.

Explicatio decalogi. Ca. XL.

Non habebis de
os alienos coꝝ me. ¶ non nisi
decē p̄cepta dñs dedit. omēs asserūt san-
cti. sed in distinctiōe eoꝝ differūt. ¶ Pri-
mum enī vnū. s. secundū augustinū diui
dit origenes in duo. et que sunt duo vl-
tima secundū augustinū colligit in vnuꝫ
cui cōsentit iosephus. ¶ Preterea dicit au
gustinus tria fuisse in vna tabula. et se-
p̄ē in alia. iosephus vero et hebrei. v. in
vtraq;. Forte quia augustin⁹ voluit tria
p̄tinere ad dilectionē dei. et septē ad dile
ctionē p̄ximi. pro dignitate potiusq; pro
scriptura dixit ea esse p̄me et secūde tabu
le. sicut dicere cōsuemus homines pri-
me classis et secunde. ¶ Quocūq; vero mo-
do distinguant. idez est sensus.

¶ Preceptū primū.

Non habebis de
os alienos coꝝ me. id est me so-
lū habebis deū. Et ponit. nō habebis. p
non habeas imperatiue. secundum ydeo
ma hebreū. ¶ Nō enim asserit. cū quādoq;
habuerit. ¶ Non facies tibi sculptile vel y-
dolū. alia littera. ¶ Quia nihil quod est in
mundo. id est nullius rei naturalis repre
sentatiuū. vt fiebat hamon capite arieti-
no. anubis id est mercurius capite cani-
no sine barba. ¶ Nec omnē similitudinem
que est in celo vel terra vel aquis vel sub
terra. quasi nec facias tibi. p deo simulacꝝ
solis et lune. et huiusmodi nec hominis
aut iumēti aut huiusmodi. nec draconis
vel reptilis cuiuslibet. que colebat diuer
sus hominū errorꝫ. nō coles nec ceriaꝫ ado-
rabis ea. Colere enim est mente adorare.
Adorare autē est. si non animo. saltē pro
metu. vel adulādo regibꝰ adorare. ¶ Po-
stea ad inculcandā custodiā dicti et dicēti
dorum addidit inciditer. Ego sum domi
nus deus tuus.

fortis et zelotes. visitans peccata pa-
trum in filios i ter-
ciam et quartā ge-
nerationē eoꝝ qui oderunt me. et faciens
misericordiā in milia his qui diligūt me
et custodiūt p̄cepta mea. ¶ zelus dicitur
inuidia. dicit̄ etiam amor. sed proprie a-
mor viri in vxorez. pro quo sustinere ne-
quit alterius accessum ad eā. ¶ In moduꝫ
hunc dicit dominus. Ego sum zelotes. i.
nō patiar te fornicari post deos alienos.
¶ Nō addidit se visitare peccata patrū i fi-
lios. aiunt hereticī. ¶ Nō est bonus hic ser-
mo vt. p peccato alterius quis puniatur.
Et dicunt vetus testamentū nō esse datū
a deo. ¶ Non enī sic crudelis est deus. ꝫ ecō
tra in his mitis apparet. quod etiā hoc no
mine visitans innuit̄. Ex pietate enī visi
tamus infirmos. et ipse ex māsuetudine
nō statim peccantē punit. sed expectat eti
am in quartā generationē. ¶ Diu. s. patres
viuere solent. et si corripiet̄ pater. vel filij
nō imitabuntur ipsum. parcit. alioquin
quasi post longā expectationē iustius pu
nit. Et de temporali pena tantū intelligē
dum ē. Sicut de achab et iehu in posteris
vindictā sumptā legimus. ¶ Vel potest ex-
primi seueritas iusta iudicātis. Grauius
enī puniunt̄ peccātes si filios pro se etiaꝫ
videant puniri. et iustius. p expectatione
Origenes tamē hic intelligit per patres
demōes. per posteros coadiutores. quos
quādoq; in peccando nobis adiungimus
vtpote. ¶ Primo intrauit diabolus in cor
iude. Ecce pater. ¶ Post accessit ad princi-
pes. vt et ipsi in hoc peccarent. Ecce filij.
¶ Post accepit ab illis cohortē et ministros
Ecce tercia et quarta generatio. ¶ Domin⁹
autē nō visitat hic peccata patrū. qui re-
seruantur igni eterno. modo tamen sepe
punit homines.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Preceptū secundū.

Non assumes nomē dei tui in vanum. id est nec falso nec superflue. nec dolose iurabis per nomē dei. nec horem eius quantū in te est euanescere facies de eo prauе sentiendo.

Terciū preceptū.

Memento vt diē sabbati sanctifices id ē sanctū et feriatū habeas. Non facies in eo omne opus tu. t filius tuus. t filia tua. nec seru⁹. nec ancilla tua. nec iumentū tuū. nec aduena qui intra portas tuas est id est tecū in domo tua seruiens. q⁹ deus quieuit die. vij. t nos diē. vij. seruamus. et si nō hūc quē illi. Nā t iosephus sic ait. Quare⁹ sermo secundū seruandas septimanas. cū ab omni ope foret cessandū. pterea de opere seruili dicimus intelligendum.

Quartum preceptū.

Honora patrē t matrē tuā duplici honore. reuerēdo. s. et necessaria ministrando. In his enī que sequūtur. fere in omnib⁹ a pte totū intelligit. Undeet dominus docēs. totaliter impleuit legē.

Quintū preceptum.

Non occides manu vel mēte vel cōsensu. nec violentā manū inferes insonti. nec subtrahes auxiliū vite cui potes t debes dare. Iudex quidez non occidit sed lex.

Sextū preceptū.

Non mechaberis. id est non miscearis alicui excepto federe matrimonij. Septimū preceptū.

Non furtū facies. nec etiā rapies aliena.

Octauum preceptum.

Non cōtra proximū tuū falsum testimoniū dices. Hic phibet oīe mēdaciū. Licet quidā male senserint deū tacite cōsensisse mendaciū quod prodest. si nulli obest.

Nonum preceptum.

Non cōcupisces domuz proximi tui. Secundū augustinū hic phibet cōcupiscentiā rei aliene imobilis.

Decimū preceptū.

Non desiderabis vxorē eius. nō seruum. nō ancillā. nō bouē. nō asinū. nec oīa que illius sunt. Hic aūt phibet concupiscentiā rei mobilis. Scōm origenem. vnum est preceptum.

De altari faciendo. Cap. XLI.

Videbat autem popul⁹ voces t lampades. t vocem bucine. t montē fumantez. t stantes procul dixerūt moysi. Loquere tu nobis. t audiem⁹. Ne loquat nobis dom⁹. ne forte moriamur. Stetit ergo de lōge populus. t moyses accessit ad caliginē. Cui dom⁹ ait. Altare de terra facietis mihi Forte ante cōstructionē altaris portatilis voluit hoc fieri. vel illud portatile erat de terra sicut infra dicemus. Q⁹ si altare lapideū feceris mihi. nō edificabis illud de sectis lapidib⁹. Si leuaueris cultrū tuū sup eo. polluet. q. d. Nolo q cū instrumēto effusionis sanguinū. edifices mihi sanctū. Unde t nos vn⁹ lapidis altare construim⁹. Forte phibuit. ne sup altare hostie occiderent. Et addidit. Nō ascendes p gradus ad altare meū. ne reuelet turpitudo tua. Forte nondū antiqui vtebant femoralibus.

De iudicijs. Cap. XLII.

Cepisti addidit dom⁹ iudicia quedam. ad determinādas lites. Nos quidē nō oīa sed cōgrua. psequimur sic. Si emeris seruum hebreū qui iā. s. seruus nō sit. vij. annis seruiet tibi. nisi iubileus interuenerit. septimo egredietur liber t gratis cuz qualibet uxore intrauerit. Si habēs vxorē cū vxore t liberis egerat. Si dñs dederit ei vxorē mulier cū filijs quos fecerit erit dñi. Ipe si elegerit seruus manere in seruitute. offeret eū dñs dijs. id est sacerdotib⁹ p̄sen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

tabit.⁊ applicabit ad ostiū tabernaculi.⁊ perforabit aurē ei⁹ subula ī signū perpetue seruitutis.eritq; seru⁹ in seculū.id est dū viuet vel vsq; ad iubileū Idem enī est intelligendū de ancilla. Si quis vendiderit filiā suā in famulā nō in ancillā.s.ꝫ in concubinā.quā greci moirpheton dicunt.vij.anno nō egredief sicut ancilla.s. sine precio.Quia enī eā humiliauit dotē vestes ⁊ nuptias.i.virū ⁊ prouidebit pro ꝓcio pudicicie.Nō si ante.vij.annum displicuerit ei.vendēdi eam alij potestatez nō habebit.nec pudicicie preciū negabit. Nō si interim agnominauerit eā sibi.id ē in vxorē duxerit.secundū q̄ dicit marcia catonis.iuxta legē vrozū faciet ei.nec sine libello repudij egredief.Si vero nō sibi sed filio eā emerit.in modū predictū faciet ei⁹ filio sicut ꝑ se.Si tria ista non fecerit id est si nec ipse eā humiliauerit sine agnominatione.nec eā agnominauerit.nec filio eā accepit.more ancillarū gratis egredief.et absq; ꝓcio sibi dato.Qui occiderit hominē volēs mori.si ꝺo nolens.cōfugiat ad vnā de.vi. ciuitatibꝰ refugij.et ibi saluabit animā suā.ne occidatur a primis occisi.Et erit ibi donec ꝑ iudices ciuitatis eius ꝑ quos mortui reconcilief.vel vsq; ad mortē summi sacerdotis.Tūc enī redibit securus ad ꝑpria. Per industriā vero occidēs.etiā ab altari extellaf q̄ ioab factuz legif.Instar vero harū ciuitatū nos habem⁹ loca deo dicata.maiorē tamen īmunitatē prestāt q̄s ille.Saluaf enī in eis etiā volens homicida.et quilibet fugitiuus.Tamē quidam exceptionē faciūt.Si enī ꝑ homicidio in ecclesia facto vel furto vel huiusmōi cōfugiat ad ecclesiā.inde dicūt eū debere extrahi ⁊ puniri.Addidit etiā dominus precepta talionis.iubēs reddi animā pro anima.oculū pro oculo.dentē pro dēte.vulnus pro vulnere.liuorem pro liuore.adustionē pro adustione.Si bos cornupeta seruū occiderit.lapidibus obruaf.nec carnes eius comedenf.Dominus autez bouis.xxx.siclos argēti reddet domino serui Aiunt hebrei.ideo sic estimāt preciuz serui.quia.xxx. generationes egressi sunt de cham.que noe seruituti addixit.Decias ⁊ primitias ne tardaueris offerre.Tamē agnum vel hedū.vij.diebus dimittes cū matre sua.die.viij.⁊ deiceps poteris reddere.Sex annis seminabis terrā tuam.⁊ cōgregabis fruges eius.vij.anno eam requiescere facies tantū.Unde ⁊ dicebatur annus requietionis.et etiā annus remissionis.quia in eo nulli licebat exigere debitum aliquod nisi eo terminato.⁊ si q̄d ī eo anno ex preteritis fru-

gibus succreuerit in ea.cōedent pauperes populi.⁊ q̄d residuū fuerit pau peribus.comedēt bestie agri. Ita facies in vinea ⁊ oliueto tuo. Dum hoc obseruatū fuit.vt ait iosephus.in anno.vi. in terra abundabāt fruges q̄ sufficiebāt ad vsum septimi ⁊ octaui etiam ad sementez. Addidit etiā de tribus precipuis solēnitatibus anni.in quibus voluit sibi apparere omne masculinū sed non vacuuz.de quibus infra dicetur. Non coques hedum in lacte matris sue.quod iosephus exponit sic. Non comedes eum infra.vij. diē qui adhuc non differt a lacte. Sancti de christo exponunt sic. Ne occidas christum in die cōceptiōis sue. quod tamen trāsgressi sunt. Dies vero conceptionis vocatur lac matris quia extunc in matre paratur materia lactis. Hebreus habet. Non coques separatum in lacte matris sue.et est sensus. Separatum a carne parentum.id est quod per carnalē generationem conceptum ⁊ editum est non comedes coctum cum lacte vel cū aliquo

Ele est prophetia. q̄ herodes non occideret christum infantem. vel q̄ apostoli non paterent pressuras. nisi prius roborati.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lacteo caseo. s. vel butiro. quod dictum est propter aues que nō de carne sed de ouis separantur. quas in lacte cocras vel cum lacte comedunt. Nec ideo de lacte matris prohibitū dicunt. q̄ in alio lacte liceat coquere. sed quia lac illud paratius possit ī/uenīri cum animali. per hoc prohibuit de omni lacte. Quidam tamē de his que domino offeruntur dictum intelligūt. quasi non offeras agnum vel hedū infra octauum diem. quia non est esibilis. nec differt a lacte matris. quia et supra dixerat de primitijs agnorū ⁊ decimis. In fine vero iudiciorum addidit dominus. Si feceris hoc occidam omnem populū ad quē ingredieris. et premittā scrabones. et vespas. que fugabunt eos. id ē.

terrorem nominis tui. paulatim vero etiam eos eijciam ne redigatur terra

Hoc nunq̄ ad literam factum legit ideo aculeos terrores intellige.

in solitudinē. et crescāt contra te bestie. ponāq̄ terminos tuos a mari rubro. ab oriente vsq̄ ad mare palestinum quod tirrenum dicitur. et est ab occidente ⁊ a deserto. quod est post bethlehem. quod incipit post thecuam vsq̄ ad fluuium. s. eufratē que tota regio quandoq̄ dicta ē iudea.

De federe firmato ⁊ aspersiōe sanguinis vitulorū. Capi. XLIII.

VEnit ergo moyses. et narrauit plebi iudicia domini. Et dixerunt omnes vna voce. Oīa que locutus est dominus faciemus ⁊ audiemus. Nō prepostere ⁊ inordinate dictum est prefignauit futuros transgressores. et in hoc verbo mendaces. Scripsitq̄ moyses vniuersos ſmones domini p̄ter decalogū. et mane consurgens edificauit altare domino. et duodecim titulos. p̄ duodecim tribus israhel. forsan duodecim altaria que titulos dixit. Vel potius vnuz ex duodecim

Est titulus triūphalis. p̄cordialis. meridialis.

gulis singula nomina filiorum israel scripsit quasi titulos tribuū duodecim. misitq̄ iuuenes. s. nadab. et abiud. qui futuri erant sacerdotes. ⁊ īmolauerūt domīo pacifica. xij. vitulos. Tulitq̄ moyses mediam partez sanguinis. et misit in crateras vasa. s. viminea cum ansis. a cratin quod est contexere dicta. reliquū sanguinez fudit super altare. legitq̄ volumen federis audiente populo. Qui dixerunt. Omīa que locutus est dominus faciemus. Ipe vero sumptum sanguinē respersit in populum ⁊ ait. Hic est sanguis federis q̄d pepigit dominus vobiscū. quasi diceret. Sic peribit vita eius et sanguis ei? funditur qui violabit fedus hoc. id est pactū inter vos et dominū. Sane hoc signum ad confirmationez federis huius habuerunt a gentilibus. qui portam federis fedelaniantes sic confirmabant fedelaniādum federis violatorem. Tamen ⁊ alīd signum federis terribilius habuerunt iudei ex se. s. effusionem aque. quod fecit iosue ⁊ samuel. quia sicut aqua tota fundit̄ ita q̄ nil remaneat in vase. quod non alij liquores. et etiam ipsa perit fusa in terram sic penitus cum stirpe sua periret qui soluere fedus.

De primo ascensu moysi in montem. Cap. XLIIII.

HOc facto ascēdit moyses ⁊ aarō. nadab. et adiud. ⁊ lxx. de senioribus israel secunduz preceptum domini vsq̄ ad terminos montis ⁊ viderunt dominum. ⁊ sub pedibus ei? quasi opus saphirinum. et quasi celū cuz serenū est. Tamen nec super eos qui erāt in castris misit manum suā id est non abscondit se ab eis. sed videntes maiestatez domini. et non ipsum lesi epulabant̄. Et vocauit dominus moysen. daturus ei tabulas lapideas inscriptas decalogo. Et assumpto tantum iosue transiuit terminos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dicens senioribus. Expectate hic. s. in castris. & vsq; ad terminos. Si quid questionis natū fuerit. referetis illud ad aaron & hur. Operuitq; nubes montē. iterūq; dimisso iosue in quadā planicie montis. sol? ascēdit moyses ad caliginē. Septīo autē die vocauit euz dominus de medio caliginis.

De tabernaculo faciēdo. Ca. XLV.

Ingressusq; moyses medium nebule fuit cū domino. xl. dieb?. et. xl noctibus. nec comedens nec bibens. Et ait dominus ad eū. Sume primitias id est preciosa queq; a populo israel. sed ab eo tantum qui vltro obtulerit aurum scilicet et argentum. & es iacinctū. et purpuram coccum q; bis tinctum id est seraz iacinctini purpurei. & coccinei coloris. et byssum q; est genus lini egiptij molle et candidum. pilos quoq; caprarum & pelles arietum rubricatas. quas partes dicimus. quia parthi sic colorari eas excogitauerunt et pelles iacinctinas. et ligna sethim. Est autem sethim nomē montis et regionis & arboris que similis ē albe spine in foliis. & est leuissimū lignum imputribile. & incremabile. oleum quoq; ad luminaria. aromata in vngenta. & thimiamata boni odoris et lapides onichinos. ita q; sardonices & gēmas sanctuariū faciant mihi. vt habitem in medio eorū nec sit eis labor recurrere ad mōtē hūc. Juxta similitudinē tabernaculi q; ostendā tibi facies illud ita.

De scemate arche. Cap. XLVI.

Archaz de lignis sethim facies. que hebraice dicit beron. Et nota q; moyses hoc ordine narrat. primo de his q; fuerūt i tabernaculo. secundo de tabernaculo. tercio de atrio. Josephus vero ecōtra. Ille secūduz ordinē propositionis. iste secūduz ordinē collocationis. Longitudo arche habebat duos cubitos & semissem. latitudo cubitū & semissem. altitudo similiter cubitū & dimidiū. Et intelligit cubitus humanus nō geometricus. Qd apparet i altari lateranensi. infra q; dicit archa. Etiā hic ioseph? vocat cubitū duos palmos. Et dicit archa non habuisse pedes. et deaurata est intus & foris auro mundissimo. Et facta est supra corona aurea ad modū. s. labij q; in mēsis et scacarijs fieri solet. Per vtrūq; latus longitudinis bini erāt circuli aurei. totum lignū penetrātes. et p eos vectes de lignis sethim deaurati mittebant. quibus archa ferebat. nec vnq; extrahebant. In q; postposita est testificatio. i. tabule in quibus scriptū erat testamentū. Tamē queq; ibi reposita testimonia dici possunt. Posita est ibi vrna aurea plena mānā in testificationē q; panē dedisset eis de celo. Tabule in rectificationē q; legē naturalē sopitam in cordibus suscitauerat in scripto. Virga aaron in testimoniū q; eis potestas a domino deo ē. Deutronomiū in testimoniū pacti q; direrāt. oīa que dixerit nobis dominus faciem?. Ob hoc dicta ē archa testimonij vel testimoniū. Ob hoc etiaz tabernaculū testimonij dictū ē. et iō etiā q; cause p; foribus eius agebant.

De ꝓpiciatorio & cherubin. Capitulū. XLVII.

Factum est etiā sup archā ꝓpiciatoriū aureū id ē tabula aurea eiusdē lōgitudinis & latitudinis. cuius & archa. vt archā tegere posset. De spissitudine eius nō legitur. Hoc dicebat oraculū. q; domin? de loco illo respōsa dabat. Respōsum autē diuinū oraculū dicit. q; orantibus dat. Dicebat etiā ꝓpiciatoriū. q; exinde loquēs dñs ꝓpiciabat populo. vel q; die ꝓpiciationis dicebāt gloriā dñi semper ibi descendere. Et vtraq; vero pte oraculi. s. in duobus angulis anteriorib; positi sunt duo cherubin aurei ꝓductiles. nō. s. fusiles. sz tunsiōibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

malleozū producti. Sunt autez vt dicit ioſephus animalia volatilia. habētia figurā que a nullo hominum eſt inſpecta. Hec dixit moyſes ſe in ſede dei cōſpexiſſe figurata. Cherubynus alterum reſpiciebat. verſis tamen vultibus in propiciatozium. duab? quoqz alis expansis. & mutuo ſe tangētibus velabant oraculū. alas ex oppoſito extendebant.

De mēſa & coronis. C.XLVIII.

Temqz ait dominus Facies & menſam de lignis ſethim habētem duos cubitos lōgitudinis. & in latitudine cubitū. et in altitudīe cubitū & ſemiſſem. ſpiſſitudinē vero tacet. et inaurabis eā ex omni pte auro puriſſimo. Erat autē vt dicit ioſephus hec menſa prime velut delphica. habēs. iiij. pedes qui dicuntur eius altitudo. erātqz ex medietate pris inferioris rotundi quaſi tibia & tornatiles. Pars ſuperior opis quadranguli quaſi femur erat. ī ſingulis vero pedib? erat anulus aureꝰ. ſinuſqz erat in pede vbi anulus miſſus erat. in anulis vero vectes aurati. quib? ferebat mēſa. Erat autē labiū in ea p circuitum ſicut & ī archa. et labio affixa erat aurea corona alta digitis quatuor. ita qꝫ medietas eius ſup mēſam eminebat. ne ſuppoſita caderēt ex ea. Altera medietas inferi? pēdebat ad decorem. et erat corona interraſilis. id eſt interpolata celaturis & plano. Erāt autē vt aiunt hebrei celature ille quaſi imagines regū & prophetice. Tot ibi ſunt imagines facte. quot futuri erāt reges in hieruſalē a dauid vſqz ad ſedechiā. Tamē ioſephus videtur velle nō fuiſſe in ea aliud labiū niſi hāc coronā interraſilē. i. reticulatā. Huic vero ſuperpoſita erat alia corona minor iſta. Sed quāta & quomodo ſuppoſita & an plana vel interraſilis neſcimus. tamē aureola vocat. Hebrei dicūt. et hanc pphetice additā ad ꝓſignādā diuiſionez regni in duo regna. Fuit enim regnum iſrahel potentius & pulosius regno iuda. ſed tamen minus dignum. et ī aureola ſuperpoſita erat. & tamē minoz. Menſa hec ponebatur in tabernaculo ad aquilonē non longe ab aditu.

Dē panib? ꝓpoſitiōis. C.XLIX.

Et ponebantur ſup eaz duodecim panes azimi de ſimila. mundi valde. et ponebantur ad trinſecus ſeni. & conſtabāt ſinguli de duabus decimis ephi quas ioſephus duos aſſarios vocat. Et ſingulis ſuperponebaſ patena aurea. et ſuper patenam pugillus thuris. Ioſephus vocat phialas aureaſ ſuperpoſitas plenas thure. Hi diebus ſabbati recentes & calidi imponebantur menſe. et erant ibi īmoti vſqz ad ſabbatū ſequēs. tunc illis ſublatis. et toto thure incenſo ſup altare. nouī cū alio exponi pōt. Ephus & batus mēſure ſunt duozum. vel ergo menſura bantur ephi proue nientes de decimis binc vna. illinc altera. Vel decimabaſ ephus illa que p decima dabaſ. Vel ſicut leuite primo loco omniū verū accipiebāt decimas. ſic ſummi ſacerdotes batū decimationuz accipiebāt decimaſ ſequēs. tunc illis Forte ergo de decia illa ſecūdaria fiebāt panes illi triū modiozū. De quolibet

turbatos vero ſoli ſacerdotes comedebāt. vnde ſacerdotales dicebant. Vel etiā ideo vt ait ioſephus. quia dominus preceperat. qꝫ ſoli ſacerdotes panes illos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

formarēt ⁊ coquerēt. et ponerēt in mēsaz ⁊ tollerent. ipsi tamen postēꝫ .s. diuites facti sunt nō obseruauerūt hoc. Dicebant etiā panes ꝓpositionis qz ꝓpositi erāt coram domino in memoriā sempiternā. duodecim tribuū filiorū israel. Vel porro positi id ē lōgo tēpore positi. s. per totā ebdomadā. vel in eternum per successionē ponendi.

De vasis libaminū. Cap. L.

PRecepit ergo dominus preparari ex auro purissimo quattuor genera vasorū ad offerendā libamina. et ab offerentibus sacerdoti. a libādo id est gustādo dicta. et a sacerdotibus domino. a libādo. id ē fundēdo. et poni ea super mēsam. s. acetabula. phialas. thuribula. cyathos. In his vinū quod debebat offerri prouidebat ⁊ ꝓgustabat. vtz dignū esset offerri an nō. Sed qz in colore ⁊ sapore vinuz dinoscit. dicit ꝙ ꝓter aureas phiale vitree ibi erant. vnde ⁊ a phialis quod grece vitrū dicit sic vocabantur. in ymo anguste. in superiori pre ample. in quibus color ⁊ sapor poterat agnosci. ꝯs hebrei scutellas dicūt. Cyati vero minores ⁊ angustiores erāt ⁊ aurei. cū quibus fundebat vinū sup altare pro hostie libamēto. In thuribulis que et mortariola dicebant. thus precognoscebat ⁊ offerebat similiter ⁊ in acetabulis acetū. Sed quia nunꝯ aut raro occurrit de oblatiōe aceti. quidā dicunt acceptabula vbi. s. prouidebatur a sacerdotibus que debebant offerri. verū accepta id est ydonea essent an nō. Postea subdiuidū ⁊ acceptabula in tria. in phialas in quibus vinum. et thuribula in quibus thus ⁊ similia ⁊ granum. et sal. ⁊ cyathos in quibus oleum. Sumebant enim sacerdotes prius de his que offerenda erant portiunculas. quas in huiusmodi vasis ponebant ad pregustanduz quasi libando de singulis. que libamina dicit moyses offerenda. id est de offerendis sumenda.

De candelabro aureo. Capitulum. LI.

PRecepit quoqz dominus fieri candelabrū ex auro purissimo ductile. Tamen ioseph⁹ fusile dicit. Cuius hastile basi infixum erat et ferreum. superuestitum calamis aureis quinqz genicularis ad modum canne. Vbi autem calamorū capita inter se iungebantur. capita habebant tumentia. et inuicem ad modum cyphi quem cuppam dicimus. Jungebantur autez tamꝫ duo cyphi in modum nucis. et ex fundo cuiusqz ciphi procedebant flores recurui quasi lilia ⁊ in ipso fundo inter cyphum ⁊ lilia erat sperula volubilis sicut in capitibus cathedrarū subsunt sperule volubiles. et ita cum in hastili essent. v. calami. in hunc modum copulari. iiij. erant ibi iuncture. quarū queqz habebat quasi cyphos duos sibi iunctos. ⁊ sperulas simul ⁊ lilia. et hoc est quod moyses dicit in hastili quattuor fuisse ciphos in moduz nucis. Tamen hebreus non dicit ciphos sz nigellatos. rotūditates .s. nigello distinctas. Ex hoc hastili procedebant tria brachia ex lateribus hinc ⁊ tria inde ferrea. quorum vnūquodqz superuestitum erat calamis aureis ad modum hastilis. ⁊ in iuncturis coibant capita calamorūz quasi ciphi in modum nucis cum sperulis et lilijs. Et quia in vnoquoqz quattuor ciphos dicit moyses fuisse. videtur vnumquodqz quattuor calamos habuisse. Videt tamē quibusdaz nō sperulas fuisse in fundo ciphorū vt dictū ē. sz in media planicie cuiusqz calami sperula volubilē supposita. Sic erat candelabrū ex ferro calamis aureis superinducto factū. si fusile fuit si vero ductile simpliciter ex auro fuit. ⁊ malleis mirabili artificio in hāc formam productū. Erat autē vt dicit ioseph⁹ ex. lxx. ptibo compositum. in vna base erectum

ſic In baſtili ⁊ brachijs erāt calami .xxix. non integri. ſed ex duab⁹ partibus. in medio vbi partes iungebantur erat ſperula ſuperpoſita. ne iunctura videretur et putaretur calamus vnus. ⁊ ita erant calami .xcix. cum totidem ſperulis. lix. quinq⁹ partes in baſi. vij. lampadū ſedes. Quocunq⁹ vero modo factuꝫ fuerit in ſummo vij. habebat capita equalia. ſuper que ponebantur. vij. lucerne auree. Infuſoria. etiam ſeptem ex auro erant. quibus oleuꝫ lucernis infundebatur. Eranꝫ ibi forcipes dicti emunctoria ex auro ad emungēda vel extinguenda licinia. Etiam vaſcula ex auro erant ad extinguendū in aqua que emungebantur. ne tetrum redderent odorē. dicta extinctoria. Omne pondus eius cum vaſis ſuis habuit talentum auri ad pondus ſanctuarij. tria enim habebat talenta. minus .l. libraꝝ. qō erat in ſtitorum. medium. lxx. quod erat ciuium. maximuꝫ .c.xx. quod erat ſanctuarij. Tamen ioſephus dicit ipſū habuiſſe .c. mnaſ quas hebrei ciuitates dicūt. greca lingua interpretatum talentum nuncupaſ. Poſitum autem erat ad auſtrum contra mensam nō recte quidē ſed oblique.

De parietibꝫ tabernaculi. Cap. LII.

Recepit quoq⁹ dominus fieri tabernaculum in hunc modum. Tabernaculum erat domus deo dicata quadrata et oblonga. tribus clauſa parietibus. aquilonari meridiano. occidentali. liber patebat introit⁹ ab oriente. vt ſole oriente radijs eius illuſtraretur Longitudo eius erat .xx. cubitorum. latitudo decem. altitudo decem. In latere meridiano erāt tabule de lignis ſerbim ſtantes .xx. quarum vnaquaeq⁹ in longitudine habebat cubitos .x. in ſpiſſitudine digitos quattuor. in latitudine cubitum ⁊ ſemiſſem. Jungebantur ſibi autem mutuo incaſtrate. ne rimula eſſet ibi aut planities parietis inequalis. ⁊ erant inaurate ex vtraq⁹ parte. Superpoſite vero ſingule duabus baſibus argenteis perforatis. in quarum foraminibus cardines aurei īmittebātur. in vtroq⁹ angulo eminentes ſicut in ſcrinijs fieri ſolet. Tamen auguſtinus videtur velle. q⁹ vna baſis eſſet ſub tabula. et altera ſupra pro epiſtilio. ſed littera cōtra eſt que dicit. vt bine baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciantur. Utrum autem tabule ſuſpenſe a terra ſuper baſes. an īter baſes ad terram pertingerent non legiſ. Eodem ſcemate factus erat pariet aquilonaris. Ad occidentem vero erant. vij. tabule per omnia ſimiles alijs. et eodem modo ſtantes in baſibus. Sed cum non implerent. niſi .ix. cubitos. dimidius cubit⁹ ex vtraq⁹ parte vacuus patebat. et ideo tabula vno cubito lata ſecta eſt per mediuꝫ et facte ſunt due tabule ſemicubitales. q̄ vtrinq⁹ appoſite parietem occidentis a lijs duobus compaginauerunt. que etiā ſingule duabus baſibus īmittebantur. Ne vero ventorum impulſu. vel qualibet alia cauſa parietes concuterentur. ſingule tabule habebant aureos anulos per ordinem. velut quibuſdam radicibus cōfixos. per quos vectes per tranſuerſuꝫ parietis īmiſſi tabulata firmiter continebāt Erant autem vectes de lignis ſetbim inaurati ſinguli quinq⁹ cubitorum. īmittebantur q⁹ caput vnius vectis in caput alterius in modum cocci. vt ex plurib⁹ ſic inneris quaſi vnius vectis īmenſe longitudinis videretur. ſicut in baculo cambuce pontificalis eburneo fieri ſolet. Hoc ſane planū eſſet. niſi dominus addidiſſet q⁹ v. vectes eſſent in latere ad aquilonē. ⁊ totidē ad auſtrū. et totidē ad occidentez. qō minus cōgruū videt. Cū enī quilibet vectis .v. erat cubitorū .v. ptēſi ī latere vno .xv. cubitos tm̄ cōringebāt. Jtraq⁹ .v. cubiti illi⁹ lateris remanebāt intacti. ī occidētali vero latere duo tantuꝫ ſufficiebāt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Sunt qui dicunt de tribus vectibus superfluis. vnum superadditum. v. vectibꝫ in latere septentrionali. ⁊ alium in australi. et sic quod illis deerat adimpletū. Tertium sectū dicunt in duos qui positi erāt in duobus angulis parietuꝫ. vt recuruari iuncturas angulorum colligarent sicut iuncture angulorum in scrinijs strapis ligari solent. Sed hoc ex littera conici non potest. Quia ergo in littera est. v. vectes immitti per tabulas medias a summo vsqꝫ ad summū. de altitudine parietis intelligi potest. Erat autē iuxta summitatē parietis supremā vnus ordo vectiū extensus in longū per totū parietem. et iuxta summitatē inferiorem alius ordo in eūdē modum. et in media planicie tres ordines. vt ꝙ dictum est. v. vectes fuisse in vno latere potius ad numerū ordinum ꝙꝫ vectiū referat. Erāt autē in vnaquaꝫ tabula quinꝫ anuli. ⁊ in quolibꝫ duorum parietuꝫ vectes. xxx. quia. v. ordinum quilibet. vi. vectes habebat. in latere occidentali. x. vectes bini per singulos ordines. Sunt qui dicūt non omnes vectes eiusdē quantitatis fuisse. sed quilibet vectū. v. qui erant i maginis lateribus. erāt. vi. cubitorū. et ita. v. sufficiebāt ad continendū. xxx. cubitos. et. v. vectes qui ad occidentem erant singuli duorū cubitorum erāt. Sed iosephus loquens de his vectibꝫ ait. vnoquoqꝫ babēte magnitudinē cubitorū quinꝫ.

Una tabula erat incisa et cauata i fronte ex vna parte. similiter ⁊ altera tabula erat incisa et cauata ex altera parte. i frōte vero coniungebātur.

De distinctione tabernaculi ⁊ vtroqꝫ velo. Cap. LIII.

Tabernaculum hoc distinctū erat in duas partes Posterior pars ad occidentem. x. cubitis protendebatur. et ita quadra erat in longum. s. et in latum. et in altum. x. cubitoꝝ. Hec pars adytum dicebatur. vel sanctū sancti. vel sanctuarium sanctuarij. vel sancta sanctorum. Anterior pars ad orientem. xx. cubitis protendebatur. que cōmunis erat sacerdotibus. ⁊ hec dicebatur sanctū vel sancta. vel sanctuariū. Respectu huius posterioris dicebatur sanctum sancti quasi consecutiuū sancti. vt dicitur seculum seculi. vel sanctum sancti. id ē sanctius sancto. vt dicitur dominus dominorum vel rex regum. Ad alterutras vero partes separandas posite erant in medio quattuor columne de lignis setbim deaurate. capita habentes aurea et bases argenteas. Tamen iosephus dicit quattuor fuisse tabulas ad modum aliarum operatas. eē litera a se inuicē distantes. inter quas tres angusti patebant ingressus. Super capita vero columnarū superpositi erāt duo vectes decem cubitorum. a pariete in parietem protensi. in quibus per circulos aureos immissum depēdebat velū. ante quattuor columnas extensum. quadrum ex oī parte scilicet decem cubitorum. vt ex omni parte prohiberet aspectum interiorū Erat autem velum factum de byssо retorta. quod est genus lini candidissimi ⁊ mollissimi. et de iacinto ⁊ purpura ⁊ cocco bis tincto. id est de filis sericis. iacinctini purpurei ⁊ coccinei coloris. opere plumario compositum. id est opere acu picto. Pluma enim lingua quadam acus dicitur scilicet egiptiorum quorum sunt diuerse linguе sicut grecorum. Hoc genus veli vulgo bustratum dicitur. quasi bis stratum. Primo enim fit tela cui cum acu opere manuali substernuntur diuerse picturationes. Sunt qui dicunt opus plumarium. a similitudine auium. quibus superaddita est plumarum varietas. Idez opus dicitur etiam polimitum a poli qō est multū. i. a multitudie picturaꝝ. Erat autē hoc velū pulchra varietate cōtextuꝫ. ex vniuersis vt ait iosephus floribꝫ. quos gignit humus. ⁊ alijs picturis ꝙs poterāt i

tersevere pictores. preter animalium formas. In ingressu vero tabernacli quinq; columne erant de lignis sethim deaurate capita habētes aurea. Bases vero eneas. super quas duo vectes. vel unus decē cubitorum protendebatur a pariete in parietem. In utroq; capite sui utriq; parieti insertus ad modum trabis in domo. a quo dependebat aliud velū p circulos aureos insertū ad modum priozis operatuz Sed secundum iosephuz vsq; ad medietatem columnarū dependebat. tegēs eas p quinq; cubitos. reliqui quinq; vsq; ad terraz ad ingressum sacerdotū patebant. Superhoc dicit aliaz cortinā laneaz suppositaz vsq; ad terrā ptingentem. funibo per anulos eam ducentibus et retrahēntibus. vt in diebus festis reducta preberet aspectus tabernaculi. In alijs diebus suspenducta prohiberet aspectus. precipue cum nubilū videretur. Textus enī fortis erat et facile laborem sustinebat. et in ingressu tēpli salomonis similē dicit fuisse appēsaz Erat enī in interiori sanctuario archa cū his que in ea reposita diximus. et cum his que erant ei superposita. In anteriori vero candelabrum ad austrum. mensa ad aquilonem In medio autez velum non longe ab aditu altare aureū. qō etiam iosephus thuribulum aureum vocat. de quo post dicemus.

De cortinis et sago. Capitulum.

LIIII.

TEctum tabernaculi non concameratuz. id est curuum sicut in ecclesijs. sed planum ad modum palestine fuit quattuoz operimētis aptatum. Primum operimentuz fuit cortine. s. que etiam vela vel tentoria vel quandoq; tabernaculum vocantur. que erant facte de quattuoz predictis coloribus opere plumario. Longitudo cortine vnius erat. xxviij. cubitoz. latitudo quattuoz quarum quinq; mutuo sibi iungebantur et quinq; similiter. vt quasi due cortine ex quinis sibi coniunctis redderentur. Jungebantur autem ansulis iacinctinis que in vnoquoq; latere cortinarum dispositе altera contra alteram veniebant. et bine anulo aureo colligabantur. sicut ad ornatum colli fibule argentee vel auree vtrāq; oram capitij solent colligare. Dicit tamen iosephus anulis aureis et uncinis eas fuisse iunctas. Secundum operimētum erant saga cilicina. que et vela vel capillaria quandoq; vocantur. que de pilis caprarum quos capillos quandoq; dicimus ad differentiam lane ouium facta erant. de quibus et cilicia fiunt. Unde et illa saga cilicina dicta sunt. que pro asperitate saga dicebantur. vnde et

quosdam pannos asperos sagias dicim⁹. Vel forte ex quadratura saga dicta sunt. Unde et militare palliuz

Quo dicuntur vtiq; reges francoz̄ cum primum coronant̄.

Quadratum ē. iungitur ad collum. et caret omni sutura. a gallis inuentum quod quadrum erat sagum dictum est. Quod tamen ex aspersо fiebat panno contra aeris intemperiem. et potuit dici sagum. Erat autem saga hec. xl. longitudo sagi vnius habebat cubitos. xxx. latitudo quattuoz. et erant. v. sibi mutuo iuncta. vt quasi vnū sagum facerent. et alia. vi. quasi in vnuz sagum iuncta. Jungebantur autem anulis ereis insertis ansulis contra se venientibus. Utrum autem singule cortine vel saga sibi inuicem ita copularentur. an. v. cortine sibi consute filo inseparabiliter in vnam cortinam iuncte erant. et alie. v. similiter. et ad tegendum tabernaculū hee due magne cortine tantū anulis et ansulis iungerent̄. nō elucet.

De mō tegēdi scōm bedā. C.LV.

QVomō vero ex bis tegebat̄ tabernaculz videam⁹ prius. Secundum Bedā protendebant̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

decem cortine sibi copulate per transuer/
sum scilicet tabernaculi. totum operiētes
tabernaculum. Et descendentes per late
ra vno cubito distabant ex omni parte
a terra. Et quia simul iuncte. xl. cubitos
implebāt. longitudinez tabernaculi que
erat. xxx. cubitorū tegebāt. Et. v. cubiti de
pendebāt iuxta latus occidē/
tale. alij quinq; tā
tum descendebant
ante aperturā que
erat ad orientem.
Tñ ne incōposite
pēderēt. vtrobiq;
cortine transgredi
entes duo magna
latera tabernaculi
vsq; in mediū ap/
ture trahebantur.
ibiq; mutuo iūge/
bantur. et simili/
liter in latere occi/
dentis. Et ita ex
omni parte taber/
naculum erat te/
ctum cortinis. vno
tantum cubito cir/
ca terram ex omni
parte non velato.
Superponebāt
saga similiter per
transuersum. sed quia erant. xxx. cubitorū
per latera descendebāt vsq; ad terram. et
ita cubitū cortinis nō velatum ipsa vela/
bāt. Sed quia ex trāsuerso. xlvij. cubitos
habebāt. cū essent. xl simul iuncta. ꝛ vnū
quodq; erat quattuor cubitorū. longitu/
dinē tabernaculi. xxx. cubitis tegebāt. de
quattuordecim qui superant. vij. descen
debant ad occidentē. et. vij. ad orientem.
Partes vero sagoꝝ que superebāt pendē
tiū iuxta latera duo magna vsq; ad terrā
ex vtraq; parte reducebāt ad tegendum
introitū orientalē. Sed q. vij. cubiti ex
vtraq; pte veniebāt. in spacio vero introi
tus decē tantū erāt. supersuebāt sagū sa/
go. Vel forte in summitate cuiusq; duo
cubiti retro plicati consuebāt instar ora
rum vestimēti. ꝛ tunc ex equo veniēria sa
ga de lateribus in medio introitus copu
labāt in eodē loco in quo ꝛ cortine. ꝛ si/
militer in latere occidēs. Propter hui/
modi supfuturā. vel replicationē sagorū
dicit Beda primo dixisse dominū moysi
fertū sagū in fronte duplices. i. dimidiū
sagū quod excedit cortinas in introitu su
persluos. vel replicabis. Et post planius
addidit. quod supereſt in sagis. id est vnū
sagū quod amplius est ex medietate eius
operies posteriora tabernaculi. id est late
occidētis. Duplicabāt autē ita vt impe
tū ventorū possent sustinere. et secundū
hanc dispositionē tabernaculū ex omni p
te tegebāt sagis vsq; ad terrā. et nil ex eo
videbāt. et ventorū quod erat in introitu
preciosum. inuniliter ibi erat. et cum sacer
dotes intrabāt tabernaculuz. vel necesse
erat attollere saga ꝛ cortinas vt subintra
rent. vel si in medio iungebāt uncinis
et anulis. ad introitū eorū dissoluebāt.

Nota q; ait quinq;
cub. de. iij. Non tō
hoc dicit quin p to/
tā partē occidētalez
simul ꝛ orientalē de/
penderēt quinq; cu
biti. sed q; illa pars
cortine que depen/
debat in laterib; ve/
spectu longitudis
tabernaculi erat trī
quinq; cubitis. sed
respectu latitudinis
erat nouem cubitis
ideoq; contingebat
q̄ cum iūctis cub.
bincet inde venien/
tibus. etiam in his
duabus partibz oc/
cidentali. s. ꝛ orien/
tali. totū tabernacu
lū. preter vnuz cub.
tegeret.

Josephus aliter. Cap. LVI.

Altera ē iosephi
dispositio cui cōsentit origenes.
ꝛ videt probabilior. Fuit enī decē cortinas
sibi mutuo iunctas. vt dictuz est a fronte
tabernaculi super introitū extendi p trās/
uersum. et tegere totū tabernaculū. et de
scēdere iuxta latus occidētis vsq; ad ter/
raz. Introitū vero nō regi aliqua pte cor
tinarū. cū propriū velū haberet. Simili
ter ꝛ de sagis totū dicit operiri taberna/
culū. excepto introitu. Sed quia duo cu
biti sagorum supersunt cortinis. ex vtraq;
parte dicit eos replicari sub cortīa. ne vē
tus intrans iter saga et cortinas. totū con
cuteret operimentū. Pro quo etiam di/
cū putat. Bertū sagū i fronte tecti dupli/
cet. Sz ec fm hec speciosa ꝛ pciosa plurimū
ps extrinseca tabernaculi non videbāt. nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

illud cortinarū quod circa tabernaculū defluebat. Frustra ergo tanti facta videbantur. Quo circa forte ex omni pte cortine et saga funib? extendebant circa tabernaculū. et paxillis ereis colligebant funes. quia et paxillos habuisse tabernaculū infra moyses dicit. et in modū tecti dependēris circūquaq attollebant. vt et tabernaculū vndiq videri posset. et circū iri ab ingredientib? sub cortinis.

De pellib? suppositis. Ca. LVII.

QVociūq vero mō hec duo opimēta dispositā fuissent de reliqs duob? nō est q̄stio. Sane tertiū erat operimentū de pellib? arietū rubricatis. que supioza tantū tegentes ad latera nō descendebāt. funib? et paxillis ereis affixis terre circūligate. Quartū quoq operimentū in eundē modum erat suppositū de pellib? arietum iacinctinis. suppositā vero erāt hec duo propter estū et imbriū diffusionē. Vultos itaq vt ait ioseph? stupor habebat a lōge ispicientes. nā colorē eius i nullo putabāt differre a celo.

Quid figurabāt p̄dicta. C. LVIII.

IN hac cōpositiōe tabernaculi patet deū et nō hominem sic disposuisse. q? vt ait iosephus singula horū ad formā rerū facta reperiet. si quis absq̄ inuidia velit hec cōsiderare. Abditū ei q? soli pontifici patuit erat. figurabat celū deo et angelis attributū. Sanctuariū vero quod in duplo erat. terrā et mare cunctis gressibilia. sicut et illa pars cōmunis sacerdotib? erat. Cortine celū sidereū. saga aquas que sunt sup firmamētū. Pelles rubricate celū empireū. in quo sūt angeli. Iacinctine celū supius. vbi deus super oīa. Et in quattuor coloribus velorū dicit iosephus figurari quattuor elementa. Per byssum terrā. q? de terra ē. i. prio terreū et viridē colorē habet. Per purpuram mare. quia ex conchis marinis tingitur. Per iacinctū aerē. q? in colore ei similatur. Per coccū ignez. q? ei assimulatur. Per mēsam tēpus vel annū. Per panes duodecim mēses. Per coronā quattuor digitorū. annum solarē quattuor tempor̄. Per coronā minorem annū lunarem. Per septē lucernas candelabri. septem planetas. Per. lxx. eius partes. decarmogenias. qualibet die incipiēs.

Est ann? legitim?. est annus vsualis. est et ann? emergēs Annus leg. a luna tione aprilis incipiens. vsualis a kal. ianī. inchoāt. Emergens. qualibet die incipiēs.

Forte q̄ quisq planetarū habet decē dignitates vel potestates. Quinq naturales. et quinq accidētales. in quib? armonice. i. ꝓportionaliter se habēt. In cande labro notat. q? que sub eis sunt ad ipsos rendūt. i. mor? naturales et effect? ab eis habēt. q̄ etiā notat ornatus ei?. cyphi. i. vasa liquoris aquā. sperule solē sperici. lilia aerē. qui sol? vicinat odoribus.

De altari holocaustorū. Ca. LIX.

PRecepit quoq dñs fieri altare de lignis setthi. Altare hoc dicebatur holocausti vel holocaustorū. vel holocaustomatū. Et posset dici sacrificioz. sed a digniori nomē accepit. Erat aūt i lōgitudie et latitudie quinq cubitoz. s. quadrū. et altitudine trium. cui tanq̄ nimis alto ad horā ministrationis aliquid apponebat. i quo staret minister. q̄ impleta ministratiōe tollebatur. Altare enī grad? habere alibi p̄hibetur. Erat. n. cōcauū instar arche sine opimento parietis lignei. sed opti erāt ere int? et extra. licet vri non possent. sicut nec antiton vel lignū paradisi quodlibet q̄ vrendo fit mundius. Sic nec hoc lignum q̄ nō ē paradiso. aliō sine arula erea. eo q̄libz q̄ ibidē ē. rat tanq̄ fund? arche. super quaz fiebat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ignis qui p fenestrā que erat in latere ori
entali imponebat. In quattuor angulis
superioribus erant extra quattuor recurua
cornua. in quibus quattuor cathene annu
lis inserebant. de quibus pendēs craticu
la erea in modū retis facta. vsq; ad medi
um altaris intus descēdebat. sup quā cre
māda in odorez vomino ponebant. que
ignis p circulos craticule ascendēs de a
rula cōsumebat. Circa angulos vero infe
riores. quattuor erant anuli erei. in qui
bus vectes imponebant de lignis serbiz
operti ere ad portandū altare. De hoc ta
men altari z craticula eius ambiguitas ē
nō solū inter nos. verū etiā inter hebreos
precipue cū hebraica veritas a nostra trās
latione nil di screpare videat. Nos qui
dem sic habemus. Facies craticulā i mo
dū retis enea. per cuius quattuor angu
los erunt quattuor anuli enei. quos po
nes subter aru
lam altaris. eritq; craticula vsq; ad al
taris mediū. He
braeus vero sic ha
bet. Facies ei mi
chaar. facturam re
tis enei. et sup ipe
te quattuor anulos eneos. et dabis illam
fundū are de subtus. eritq; ipete vsq; ad
altaris mediū. Josephus autem sic. Cui
suberat craticula in modū reticuloz fa
cta. Suscipiebat enī terra ignē qui de cra
ticula ferebat. quia bases nō erant ei sub
iecte. Cassiodorus tamē senator in pictu
ra quā fecit cuius in exposītione psalmo
rū meminit quattuor pedes in vtroq; al
tari fecit. Vnde videt quibusdā nō su
perponi craticule carnes assandas. q; fuis
se quasi vas quoddā in quo sederet altare
cuius parietū altitudo altare ambiens.
vsq; ad mediū altaris elcuata esset. i cui?
angulis sursum quattuor anuli pēdebāt
per quos vectibus insertis altare ipsi in
sidens portaretur. Altare nō legitur alios
anulos habuisse. Sed vtrū separatū es
set hoc vas reticulatū ab altari. ita vt a
moueri posset altare ab eo cū vellent. z su
per imponi. an de ipso altari opere fusili
ita fabrefactū esset vt quasi appositum vi
deretur. ambiguū est. Super arulā vero
altaris quā in medio eius posita dicit. p
fenestrā ab oriēte struem lignoz imponi
asserūt. et super ligna carnes impōi as
sandas. Vel nō erat ibi arula. sed sup cra
ticulā suppositam fiebat ignis. qō velle
videt iosephus in predictis verbis. Alīs
videt nec operimentū nec fundū ipm ha
buisse. sed parietes tm̄ terra repleri. secun
dum q; dom̄s dixit. Altare de terra fa
cies mihi. in cuius area superiori fiebat
ignis. vbi cremāda imponebant. Et de
craticula altari
suppositā idem sen
tiunt. Anulū vero
subter quā craticu
la posita legit. he
braeus areunculā vocat. vel sulcum
quem in medio pa
rietum altaris fu
isse dicit. vsq; ad
quem locū altitu
do craticule perringebat.

Juxta predictaz o
pinionem exponit
subter. vel super. vel
sic ordinatur littera
Quos pones sub
tus. i. subter quos
pones.

Hoc secundum pre
dictas sentētias nō
est seruatum sed mi
stice.

Quia forte cōcau?
erat locus ad recipi
endos cineres ho
stiarum.

De situ altaris et vasis eius. Ca.
LX.

Positū autē erat
altare ante tabernaculum sub di
uo. nō directe ante introitū. sed aliquan
to ad meridiem descendēs. ita vt añ ipm
īmolantes stantes ad aquilonez. in ipm
tabernaculum vsq; ad sancta sanctoz
inspicere possent. Et quia stabāt ad aqui
lonem. id est in altaris latere aquilonari.
et cōtra meridiē. q̄q; legit eos sacrificas
se ad aquilonē. q̄q; ad meridiē. Erant
q; in vsus eius lebetes ad colligendos ci
neres cū abūdabāt z deportandos qui i
locum secretum et mundum ponebātur.
z forcipes ad emendandum ignē altaris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et fuſcinule quaſ grece creagras dicim? quia inde de caldarijs carnes cocte proferebant. et patilla. quaſi vatilla a vehendo quibus prune ab hoc altari ad altare thymiamatis deferebant. Preter cacabos et ollas ad carnes coquendas. que tamen iuxta altare nō coquebant. Omnia vero enea erāt. Hebreus vero ſic habet. Facies eius ollas. et eius palas. et eius pelues. et eius vncinos. et eius igniū receptacula.

De atrio circa tabernaculū. Capitulū. LXI.

ERat autē atriuz circa tabernaculū in latere meridiano. c. cubitorū. in aquilonari. c. in orientali vero. l. et rurſus in occidentali. Et ſic quadrū erat vel quadrāgulū ſz ſi quadratum. ſz in forma altera pte lōgioꝛi. Erāt qz i latere auſtrali. xx. columne alte. v. cubitis. veſtite laminis argēteis. capita habentes argentea cum celaturis. cum baſibus eneis. ſpacio quiqz cubitorum inter ſe diſtātes. ſup quaſ anuli ſingulis inerant. perringebāt qz funes ab anulis vſqz ad capita pacillorum qui erant cubiti vnius magnitudine. et per ſingulas colūnas in terram valide fixi. vt atriū īmobile cuſtodirēt. Cortina vero de biſſo molliſſimo. c. cubitorū in lōgū. et. v. in latum. per colūnas dependebat. de capite vſqz ad baſem diffuſa. vt nihil a pariete differre videret. niſi forte pro aeris intemperie. quādoqz retro funibus et paxillis trahere tur. vt ſub ea tanqz ſub tecto reciperetur populus. In eundē modū latus aquilonis. xx. colūnas et cortinā habebat diffuſam. ab occidēte vero decē colūne. et cortina cubitorū. l. atriū cingebat. Ingreſſu vero ad orientē tres colūne hinc et inde treſtabāt et cortine iuxta has diffuſe nihil a prioribꝫ differētes. In medio vero lateris eius quartus erāt colūne in modum portarū. quibus appenſum erat velut de quattuor preciosis coloribus. contextum opere plumario. qđ ad egreſſum et ingreſſum facile attolli et deponi poterat. Notandum tamen

In longioribus lateribus fuiſſe colūnas. xxi. inter quaſ erant aperture. c. cubitorum. et duobus minoribus. ix. ſed ꝓpter angulares que communes erant duobus lateribus. dicunt ibi. xx. hic vero decem. Et deſignauit dominus per numerū columnarum. numerū intercapedinū. Habebat ergo vtrūqz latus magnū. xx. colūnas. i. xx. intercapedines. Illia latera. x. colūnas. i. x. intercapedines.

Si in latere meridiano. xx. tantum columne eſſent. cum vnaquaeqz diſtaret ab alia quinqz cubitis. cum fuerint inter eas. xix. interſtitia nō habebat in lōgitudine niſi nonaginta quinqz cubitos. Idez etiā de latere aquilonis intellige. Hanc obiectionē ſoluit magiſter.

De lucernis tabernaculi. C. LXII.

PRecepit etiā dominus offerri a filijs iſrael oleū oliuarū puriſſimum. piloqz tuſum. Hoc enim puri? eſt qz miceū. vel lineū. vt mirrinū. vel raſaninum. vt ſemp arderet ex eo luceꝛna in tabernaculo teſtimonij. quaz accendebāt aaron et filij eius veſpe. et vt qz mane lucebāt ſup candelabꝛū ſeptē lucerne coꝛā dño. in die vero tres tantum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Licnus lucerne papireus erat. cincēdula vero quā mergū dicimus aurea.

De cōmunibus vestibus sacerdotum. Capi. LXIII.

Iterū locutus ē dominꝰ ad moysen Applica fratrē tuū aaron ad te. cū filijs suis de medio filiorū israel. vt sacerdotio fungant mihi faciesq; vestē sanctā fratri tuo. in qua sanctificatus mihi ministret. De his sane vestibus q; cōfuse agit historia. ad euidētiā cōgruo ordine ꝓsequamur. Quattuor erant vestes tam sacerdotibus minoribus quos chamaneos vocabāt. q; principi sacerdotū. quē arabarchū appellabāt cōmunes. ⁊ alie quattuor post illas quibꝰ solus arabarchus. i. princeps sacerdotū vtebat quibꝰ secundū ordinē hūc induebat. Dum rificatis prius manibꝰ ⁊ pedibꝰ aqua. sacerdos induebat manachasim qđ constrictoriū sonat. quod grece bracce. latine feminalia dici pōt. Eratq; de bisso rerorta contextū. ingrediēnibusq; ꝓ ipsum pedibus. ascēdebat vsq; ad lumbos. ibiq; fortiter stringebatur ⁊ vsq; ad genua tātū descēdebat. Nō ster tamē pontifex quia iugem habet continentiā. tantū sandalijs pedes tegit. ac si dicatur ei. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. Secundo bissino sindone duplici vestiebat. quod cetera mone. i. lineū dicebat. quā nos lineā stricta siue camisiā vel subūculā dicim⁹. quaz moyses abanecō appellauit. sed post a babilonijs dicētes hebrei emissaneā dixerūt. Est autē descendēs vsq; ad talos. et decēter corpori coaptata. sed manicis brachia valde constringēs. nasculis hincinde super humeros capitiū cōstringentibus. Tercio stringebat balteo lato. quasi digitis. ú ij. sic reticulato. vt quasi pellis viperea quā in estate exuit videret cōtexta floribꝰ coccineis purpureis ⁊ iacinctinis. stamē vero nisi bissinū erat. sumēs initiū cingendi a pectore. circūductis lateribꝰ iterū ante umbilicū redibat. ibiq; modice stringebatur. ⁊ vsq; ad tibias depēdebat ad decorem dū sacerdos nil operabat. cū autē sacrificabat. ne impediret pendētes sūmitates super leuū humerū reflectebat. vnde ⁊ forte diaconꝰ quandoq; casulā plicatam eidē humero supponit. Quarto simplicē thiarā gestabat i capite. a cidari pōtificali plurimū differentē. Erat enī i modū parui calamanti vel cassidis modice. medieratē verticis excedēs. dicebat q; manepher. habēs vittas que inuolute sepi⁹ nectebant. ne facile laberet. habēs desup aliud vel amē bissinuz. vsq; ad inferiora barbe descendēs. celās pillei ligaturas ⁊ totā capitis superficiē. aptatūq; ꝓcere ne laborāte sacerdote rueret.

De pōtificalibꝰ idumētis. Capitulum. LXIIII.

Per hec pro? ꝓijs quattuor vestibꝰ induebatur arabarchus. quarū prima tunica erat iacinctina poderis vel ypoditis dicta. i. talaris quā hebrei mechir dicit. Eratq; de duabꝰ incisionibꝰ facta. cōsuta sup humeros. et ꝓ latera in modū dalmatice facta. manicas eiusdē colozis habēs assutas. capitiū habēs nō ex trāsuerso sup scapulas sed in longū. sectionez habebat a pectore vsq; ad medias scapulas. cui aperture ne ante ⁊ retro turpiter appareret. assuta erat vitta. que sup scapulas hīcinde nasculis astringebat. Habebat autē pro fimbrijs lyrij. tintinnabula aurea quibꝰ erant inmixte rotundē nascule quasi mala punica ex iacincto ⁊ purpura ⁊ cocco bis tincto. ita vt post tintinnabulū esset malū granatū. ꝗsi

G

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

interscalari mō posita. vt audiret sonus cū sacerdos solus ingrederetur vel egrederetur sanctuarium. et non moreretur. Super hanc tunicam vidētur ioseph? vel le accingi pontifice per hoc datur intelligi q̄ non debēt esse muti sacerdotes qui debent curā gerere gregis sui. Vñ dicit. Le cani non latrauit.

Et si ad litteram verum nō fuit. q̄ moreretur sacerdos cū sonus non audiebatur. tamen allegorice cingulo predicto quo alij sacerdotes super lineam tunicam. alij nondū ipsum accingere dicūt. sed super ephod. vt sup̄ omnia indumēta ad vltimū cingeretur. Fuerunt q̄ dicerent duas zonas habuisse pontificē. primā ad modū sacerdotū. secundā sup̄ ephod. que due tamen p̄ vno habebant induūtro. Secūda vestis erat ephod similis superbumerali grecorū de p̄dictis quattuor coloribus auroq̄ cōtextū sine manicis ad modū colobij. descendēs vsq̄ ad renes. adeo vt supcingi posset superiorē partē tunice iacincine tegēs. inferiorem relinquēs intactā. Hoze vero lateribus vncinis et anulis aureis iungebantur apertura habēs in pectore quadrā ad magnitudinē palmi. in q̄ lōgion inserebatur. i cuius pte superiori sup̄ vtrumq̄ humerum infibulati erant auro duo lapides onichini. sardonices secundū iosephū. in quib erant sculpta xij. nomina filiorū israel prouincialibus literis. lingua hebrea iuxta ordinem natiuitatis eorum. vi. nomina seniorum i humero dextero. minorum in sinistro ob recordationem filiorum. israhel.

Habebat autem capitiū ex trāsuerso super humeros fortibus lozis contextū. Vō legitur samuelē et dauid induros ephod. aliud erat. et p̄prie ephorat dicebat. et erat lincū. istud vero mira pulchritudine vermiculatū. Terciū erat ornamentū quod hebreus essin. grecus longion. latinus rationale dicit. quadrangulū et duplex. ne pōdere gemmarū rumperet. mēsuram palmi habēs. s. apertura superbumeralis implere sufficiēs. ex predictis q̄tuor coloribus contextū et auro. eodem scemate quo et superbumerale. Erātq̄ i eo. xij. lapides. auro firmiter inclusi. per. iiij. ordines textri in singulis. In primo ordine. sardius. topazius smaragdus. In secundo carbunculus saphirus iaspis. In tercio ligurius achates. ametist?. In q̄rto crisolitus. onichinus. et berillus. In quibus erāt sculpta. xij. nomina filiorum israhel. iuxta ordinem natiuitatis sue singula in singulis. vt gestaret sacerdos memoriale filijs israhel et filiorum israhel in humeris et pectore ob recordationē triū quorū vnius populus esset memor. ipse vero duorū. vt. s. populus videns nomina patrū suorū satageret ne a virtute priorū degeneraret. Sacerdos vero vitā et fidē patriarcharū meminisset mutari. Oportuisset etiā populū ex his patribus oriundū. sacrificijs et orationib deo cōmendare. Et pellabat enim rationale iudicij. q̄ scripta erant in eo hec duo nomina. iudicium et veritas. vel doctrina et veritas Sane vbi nos habemus. pones i rationale iudicij. iudiciū et veritatē. hebreus habet purim et thumim. vnde et sortes in quib iudicium veritatis inquiri solet purim dicūt. Erant autem in medio rationalis fusile lapidem quadrū. magnitudine duorū digi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

rorum.in quo secundū coloris mutatio/
nem perpendebāt.vtrū deū placatū habe
rent an offensum. Josephus dicit sardo/
nicē.qui in dextro humero gerebaē.cū sa/
crificiū pōtificis deo placebat tāto splēdo
re micare.q; etiā procul positis radij eius
appareret.egressuris vero ad prelīū si de?
cum eis esset.tantus vulgor in lapidibus
rationalis apparebat.vt omni fieret mul
titudini manifestū.eorū auxilio deū adesse.
et ob id rationale iudicij nūcupari. Af/
ferit autē iosephus hunc sardonicē ⁊ ful/
gorē sardōicis ⁊ rationalis cessasse annis
ducētis anteq; ipse scripsisset hec.cū deus
moleste ferret transgressiones legis. Erāt
etiā in quattuor summitatibo rationalis
quattuor anuli aurei.quorū duobus su/
premis inserte erant due carbene auree.
sibīnicē coherētes.i. obliquate ad mo/
dū.x.littere sibi in medio cōiuncte. Al/
ius expeīmit factura carbene in qua ma/
cule maculis coherēt.p quo hebre?
habēt plexas ope
pplexo. Jose.dicit
per fistulas veniē/
tes.quod iuxta cal
deum sonat termi
natas.id ē ad quā/
titatē spaciī i quo
protendebant factas.que sursum ferebā
tur vsq; ad scapulas pōtificis.super quas
inferebant duobo vncinis aureis superbu
merali firmiter inserris. Duobo? vero a/
nulis inferioribus assute erant due virte
iacinctine.que circa latera ducte duobus
anulis aureis inter scapulas inserebant.
qui sub vtroq; sardonice in ephod fixi sta
bant.vt vtraq; ligatura ephod ⁊ longion
sibīnicem firmiter cohererēt. Sup hec
dicit iosephus zonam ex quattuor colori/
bus ⁊ auro consertam.ex vtroq; latere cir
cumductā.et iterū revolutā ante pectus.
in vtraq; summitate infra pendēte.habē
tem ex aureis fistulis fimbrias miro deco
re compositas.

Ad huiꝰ carbene si/
militudinē. dic-m.
stolam a collo ex v/
traq; pte dependen
tem obliquandam
in pectore.quod in/
titatē spaciī i quo
de sic nō fit.

Mitra ⁊ thyara. Cap.LXV.

Vltimū erat capi
tis ornamentū.quod cōmuniꝰ
thiara vel mitra dici potest vel infula.spe
cialius vero cidaris. Eratq; thiara ad mo
dum predicte facta.que cōmunis erat sa/
cerdotibo.super quā cōsuta erat alia tora
iacinctina. que circūdabaē aureo circulo
tribus ordinibus facto.sup quā ab occipi
te stabant flores aurei plantagini similes
a tempore ad tempus. A fronte vero sup
stabat flos aureus similis herbe.quā gre
ci iusquiamū dicunt.magnitudine digiti
vnius. In superiori vero planicie thyare
ex omni parte in circūitu vsq; ad summi/
tatē eius que in acutissimū deficiebat ca
cumē.particulatim per loca erant mala/
granata aurea.cū spinosis extremitatibo
suis fabrefacta. Sup frontē vero pende/
bat lamina aurea quā peraluꝝ dicunt.ad
modū lune dimidie facta. que arcuatio/
nem sursum habens ⁊ in medio anulum
aureum.vncino aureo inserebaē.qui tya/
re inserrus erat. In qua sculptū erat aior
adonay.id est sanctum nomen domini.s.
tetragrammatō.quod ineffabile dicitur.
non quia dici non possit.sed qz rem inef/
fabilem significat.quod bis litte/
ris scribitur. He. Tamen hee littere
toth.heth.vau. q̄ non repzesentāt sua
sonant principiuꝝ elemēta in illo noīe
vite.passionis iste sicut tūc aliquando
quod est per passi/ eleīi.c.
onem huius quem prefigurat hic sacer/
dos reinitiabiē vita in adaꝝ perdita. He
vero cum moueretur pontifex. moueretē
⁊ lamina sancta. sursum ligabatur virta
iacinctina perspicua.celante vncinum et
anulum.que circumducta capiti et ligata
in occipite.dependentes summitates su/
per humerū vtrūq; diffundebat.

De typo vestiū. Capi.LXVI.

His vestibus oz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

natus pontifex imaginē totius orbis su/
per se preferebat. Feminalia enim ⁊ linea
stricta. quia bissina erant terrā figurabāt.
baltei vero quorquot erāt. circū/
uolutionem occea
ni. Tunica iacin/
cina aera ipso co/
lore preferebat. p
tintinabula sonitus tonitruuz. per mala
grānata coruscationes significabanē. E/
phod vero sui varietate celū fidereuz. qō
aurum coloribus intertextuz erat. signifi/
cat q̄ calor viral' penetrat vniuersa. Duo
sardonices solē ⁊ lunam. vel duo emispe/
ria. xij. gemme pectorales. xij. signa in zo
diaco. ¶Pulcre quod in medio erat ratio/
nale appellabaē. ¶Ratione enim cūcta sūt
plena. et terrena adherēt celestibus. imo
ratio eternorū ⁊ temporū calorīs et frigo/
ris. et duplex inter vtraq̄ temperies. de
celi cursu ⁊ ratione descendit. Cydaris ce
lum empireū. lamina superposita deum
omnibus presidentem.

De compositione altaris incensi ⁊ lo/
cutio. Cap. LXVII.

Terũ locutus ẽ dñs ad moysẽ. Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles. quib⁹ convocabis multitudinẽ. Has duas tubas habebãt in quattuor vsus ad cõuocandã multitudinẽ. ad movenda castra. ad bella. ad festa. Et erat vt dicit iosephus tuba fistula cãtatoria. pene magnitudine cubiti. calamo capacior. prebẽs i principio latitudinẽ q̃ cõuenit ori ad susceptionẽ spũs. que hebraice dicit asora. In cõuocatiõe vero multitudis aliq; erat diuersitas. ad cõuocãdũ oẽm populũ. Utraq; simul clãgebat simpliciter. Ad cõuocãdos solos principes semel clãgebat. Nõ dupliciter intelligiť. i. vna tantũ. vel vno impulsu. Etiã vt addit iosephus semel clãgebãt. si principes populũ suũ quisq; i eccliã cõuocare volebãt vl moises populũ p ecclesias. Ad castra vo mouẽda nõ simpliciter. sed concise et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

prolixius tubis clangebant. Et in primo
sonitu mouebāt castra. quasi tres trib⁹ q̄
erāt ad orientē. in secūdo q̄ ad meridiem.
in tercio q̄ ad occidentē. in quarto que ad
aquilonē. Modus vo clangēdi in bellis
nō distinguit̄. q⁹ forte sic apud alias na-
tiones fiebat apud eos. Quando etiam
habebāt solēne epulū. & dies festos. & ka-
lendas clangebāt. sed nō ē determinatus
modus. Sacerdotes aūt clangebant.

De recessu isrl'a mōte synai. C. XIII.

Anno secundo.

Amense secūdo. xx. die mensis. ele-
uata ē nubes de tabernaculo federis. & p⁹
fecti sunt de monte dñi via triū dierum.
Dicunt hebrei. q⁹ archa p̄cedebat eos tri
bus dietis sup̄ quā nube stante quasi ad
certū locū cōueniebāt paulatim. quidā ci
tius. quidā tardius. Sed melius ē vt de
hoc tinere tantū dicamus. quādo egressi
sunt de monte synai. & p̄cessit eos nubes.
nec quieuit p tres dies & noctes. Ūñ sta-
tim murmuraue
rūt p⁹ labore itine
ris. q⁹ nec nocti-
bus castra posue
runt. & tūc recubu
it nubes in solitu-
dine pharan. id ē in prima māsione quā
fecerūt in pharan. Est enim phara maxi
ma solitudo quā modo sarracen inhabi
tāt. Quia ḡ anno primo. mēse tercio. pri
ma die mēsis. venerūt ad montem dñi. &
ab eodē egressi sunt anno secūdo. xx. die
mēsis secūdi. patet q⁹ in hac mansione q̄
& xij. fuit. fere sederūt p annū. Et dicit hie
ronimus. q⁹ p annū & mēsem. ibi fuerūt.
Nō difficilimū ē inuenire nisi forte fue-
rit annus embolismalis. Potest tñ dici
q⁹ eadē die qua le
gem accepant. re
uoluto anno natu
rali recesserūt. Cū
ergo venissent pri
die kal'. iunij ad
montem. & quar-
ta die iunij legem
recepissent. si ea-
dem die. iiij. revo
luto anno recesse-
rūt. patet. quia q̄t
tuor diebus & an-
no sederūt ad mō-
tē. & ita tercio mē
se anni legitimi
die. iiij. recessert.
Tamē nihilomi-
nus verum est. q⁹
secundo mēse an-
ni secundi. xx. die
egressi sunt. Tri-
pliciter enim acci
pitur ann⁹ ab eis
p̄eter naturalez.
Annus vsualis a
ianuario quē ha-
bent cōmunē no-
biscum in cōtra-
ctib⁹ suis & nego-
cijs cōmunibus
agēdis. Quo au-
tem mense huius
anni. quota die
egressi sunt. nō le
gitur. Est & apud
eos annus legiti-
mus. quo vtunt̄
in legitimis que
agunt. In hoc vt
dixim⁹ tercio mē
se & die quarto e-
gressi sunt. Est et
apud eos annus
emergēs. In me
moriam enim liberationis sue cepunt an
nos suos numerare ab exitu de egipto. si
cut greci a prima olimpiade. romani ab
vrbe condita. christiani ab incarnatione
domini. & huj⁹ anni secundo mēse. xx. die

Verius ē inquit. m.
vt dicamus quando
egressi sūt de syna tā-
tum eos p̄cessisse
nubem.

Solaris ann⁹ supe-
rat lunarē. xi. diebꝫ.
quib⁹ collectis cōsti
tuit̄ vna lunatio p

xxx. dies. vel etiaz p
xxix. dies q̄ supsunt
reseruatis. & annus
quo euenit illa luna
tio dicitur embolis-
malis. alij dicuntur
cōmunes. Contigit
aūt aliquādo duos
cōmunes interponi
embolismali. aliqñ
vnū scōm q⁹ vn⁹ tñ
bis in decemnouali
ciclo euenit. Inde ē
ergo q⁹ dixit hieroni
mus. nisi fuerit em-
bolismalis annus.
Impossibile est q⁹ p
annum naturalem.
& quattuor dies fue-
rint ibi. si. l. die a pa-
scha sunt egressi. q⁹
nunq̄ dies pasce id
est anni p̄cedentis &
sequētis. & nunq̄ cō-
currūt pascha annu-
um & amotuū. Si-
militer nunq̄ idem
est dies. l. Non ergo
ab eo die quo lex da-
ta est revoluto anno
naturali sunt egressi
sed cuz venissent ad
montez prima luna
iunij revoluris luna
tionibus vsq̄ ad pri
mā lunā iunij. quar-
ta eiusdez luna sunt
egressi. q̄ ē quinq̄ge-
sima dica. xiiij. luna
paschalis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

egressi sunt. Jam eñ annus a phase vsq; in phase vnus transierat. ⁊ de secundo a phase scz vsq; in phase fluxerant. l. dies. Ergo mensis vnus. xxx. dierum. ⁊ secūd? iam fecerat viginti diez. Hec aūt annoz distinctio in multis locis necessaria ē. In hac mansione media ps exodi. ⁊ totus leuiticus. ⁊ numerozū p̄cepta non modica descripta sunt. Nota. q; quadruplex ē annus. legitimus. emergens. vsualis ⁊ naturalis. Annus legitim?. huius anni tercio mense iunio. ⁊ quarta die eiusdē mensis egressi sunt. Istum computa a kal'. in kal'. Annus emergens. huius anni secundo mense. scz. xx. die eiusdem que est q̄rta dies iunij. exierūt. Istū a phase in phase cōputa. Prius accipe. xv. dies primi mēsis. ⁊ iunge cū. xiiij. diebus mai sequētis. Ecce habes primū mēsem secundi anni. Item accipe. xvi. dies qui remanent de maio. ⁊ iunge cū. iiij. diebus iunij. ⁊ habebis. xx. dies secūdi mensis a phase. Et ita vera erit vtraq; cōputatio anni scz legitimi ⁊ emergentis. sicut in textu lr̄e cōtinetur. Annus vsualis. iste incipit a ianu. ⁊ hunc habent hebrei nobiscū cōmunem in negocijs suis. Annus naturalis. hui? mēsis tercio. luna. xiij. q̄ ē. l. dies. a. xiiij. luna aprilis recesserūt. Duxit aūt moises secū obal. alias obad fratrē vxoris sue. qui nouerat in quib? locis p̄ desertum castra comode poni poterāt. ꝓmittens ei de optimis q̄ traderet eis dñs. Sane cū elenabat archa dicebat moises. Surge dñe. ⁊ dissipent̄ inimici tui. ⁊ fugiāt qui oderūt te a facie tua. Cum aūt deponeret̄ aiebat. Reuertere dñe ad multitudinem filiorū exercitus israhel. De electione septuaginta seniorū. C. XIIII.

ORtum est autē murmur populi cōtra dñm. dolentis p̄ laboze. Et accensus ignis in ira domini deuorauit extremam p̄tem castrorum. illos scz qui retro longe erant. Oranitq; moises ad dominū. ⁊ absorptus est ignis. Vocauitq; nomen loci illius incēsio. tamen nō fuit hoc mansionis nomen. In eadem quoq; mansione vulgus promiscuū q̄ dascēderat cum eis. id est serui ⁊ ancille egiptij. ⁊ multi de israhel pariter cū eis flagrabāt desiderio carniū. Carnium nomine non solas carnes. sed aliorum ciboz etiam abundantiam intelligimus. Unde nec in querela eoz de carnibus legitur. cū dixerūt. Recordamur piscium quos comedebam? gratis in egipto. in mentem veniunt nobis cucumeres. et pepones. porriq; ⁊ cepe ⁊ allia. anima nōstra arida est. nihil vident oculi nostri nisi manna. Audiuit moises populum flentem. ⁊ intolerabilis res visa est ei. quia ⁊ ab eo escas petebant. Et ait ad dñm. Cur impposuisti populi huius pondus sup me Nunquid ego concepi ⁊ genui multitudinez omnē hanc? Obsecro. aut aliter. p̄uideas. aut interficias me. Cui dñs. Cōgrega mihi. lxx. viros de senioribꝰ israhel quos meliores nosti ad ostiū tabernaculi. ⁊ auferam de spiritu tuo. tradāq; eis. vt sustentent tecū onus tuū. ⁊ populo dices. Cras dabo vobis carnes vsq; ad mēsem. Et diez largę nausea. p̄ vomitu. Proprie est enim vomit? ille. qui excitatur feroze sentine. Ablatio quidē spiritus moisi. ⁊ traditio alt̄is. non est intelligēda diuisio spūs eius p̄ tres. vel in mitio. sed illuminatio aliorum ad regendū populū. p̄ eandem specialē gratiā p̄ quā ⁊ moises illuminatus erat. sicut de igne vni? lucerne multe illuminant̄ sine sui diminutione. Electos itaq; lxx. viros duxit moises ad ostium tabernaculi p̄ter duos qui in castris remanserant. nō ex cōtemptu. sed quia reputabant se indignos quoz vn? vocabatur heldad. ⁊ alter meldad. ⁊ erant vt aiunt hebrei fratres moisi ex matre. sed nō ex patre. Descen-

Hieronimus dicit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ditq; dñs p nubē ⁊ requieuit sp̄ūs in eis qui stabant cū moise ⁊ p̄phetabant. Sed ⁊ duo qui remanserant in castris p̄phetauerūt. nec postea siluerūt. id est semper deinceps vocati sunt p̄phete. Et red̄t moises cū illis ad castra.

Sup paralipomenon nō est p̄cē sz est mater q; post legē acceptaz animā madante moi se dimisit matrē ei⁹. q; amica eius erat. et duxit aliā de qua suscepit hos duos. sed scōm hoc sisti nondū erāt bimi. Sz scōm hoc obicit ei mḡr. q; dixit hieronimus eos ex patre non ex matre fuisse fratres moisi. ⁊ solui p̄ notulā q̄ pdictū victoris cōtinet in sequēti capitulo. Pōt dici ⁊c.

De esu carnium ⁊ ira dei sup eos. Capitulum. XV.

Ventus vero egrediēs a dño arreptas pre cepto ei⁹ transmare in insulis ortigijs. coturnices detulit in castra p circūitū castroz itinere diei vnius. volabantq; a terra altitudine duoz cubitoz. Surgensq; populus cōgregauit sibi coturnices duobus diebus. ⁊ siccauit eas. Qui parū. x. chozos habuit. Fuerunt hec coturnices vt traduntur nō modice q̄ apud nos sunt. sed ille maiozes q̄ regie aues dicunt. quas curleios a currēdo vocamus. Nondū defecerat cibus. ⁊ furoz dñi pcussit populū plaga magna nimis. Quod no plage nō determinat hic. sed in psalmis videt. q; fuerit ignis. Sepultusq; ē ibi popul⁹ qui carnes desideraverat. Vñ ⁊ locus ille vocatus ē cabaroth. qō sonat desiderium sepulture. vel sepulcra concupiscentie. De plaga marie et causa lepre. C. XVI.

Egressi autem de sepulcris cōcupiscentie venerūt in asseroth. ibiq; iurgati sunt maria ⁊ aaron contra moisen. propter vxorem eius ethiopissam. quasi irascentes cū eo. impropera uerūt ei. q; reginā ethiopie in vxorē duxerat. vel ductaz dimiserat. vel potius p̄ter vxorez eius sepiorā q̄ irata fuerat cōtra mariā. Madianite enim quondam vocati sunt ethiopes. vt legit in paralipomenon. ⁊ indignando dixerūt. Nonne ⁊ nobis sicut ⁊ moisi locutus est dñs. Ec si dicerēt. Quare vult moises p̄esse nobis q; locutus est ei dñs. Et iratus dñs dixit eis. Egredimini vos tres tantū ad tabernaculū. Cūq; starent ibi. descendit dñs i columna nubis. Vocansq; aaron ⁊ mariā ait. Si quis fuerit p̄phēta inter vos. loquar ei i visiōe. vel p̄ somniū. vel p̄ enigmata vel per figuras. Seruo vero meo moisi qui in omni domo mea fidelissim⁹ est. ore ad os loquor vt quid ergo detrahi stis vos ei quasi parificantes? Et recessit nubes. et ecce apparuit maria lepr̄osa. Et ait aarō ad moisen. Obsecro dñe. ne imponas nobis hoc peccatū. Orauitq; moises ad dñm. Deus obsecro sana eā. Cui dñs. Si pater eius spuisset in faciez ei⁹. nonne debuerat saltē. vij. dierū rubore confundi? Separetur septem diebus extra castra. q. d. Si pater ei⁹ vilipassit eaz p̄ aliquo crimine suo. nonne deberet aliquo tpe verecundari. Exclusa itaq; ē maria extra castra. vij. diebz. nec popul⁹ motus est donec reuocata est.

De. xij. explozatoribz. C. XVII.

Egressus autē populus de asseroth. fixit tentoria in deserto pharan. Nō est pharan nomē mansionis sed solitudinis. plures māsiones cōtinentis. vt in cathalogo māsionū manifestabit. Omnes enim p̄tinet mansiones ab asseroth. que fuit. xiij. vsq; ad asiongaber. que fuit. xxij. p̄ quas omnes transierant i anno secundo. De asiongaber misit moises

er p̄cepto dñi. xij. viros singulos ō

Hec sūt noīa. xij. explozatoz quos misit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

singulis tribubꝫ. qui considerarent terrazꝫ quã possessuri erãt. quoꝝ pcipui fuerunt caleph filius iephone de iuda. ⁊ osee filiꝰ nun de effraim. Vocauitqꝫ moises osee iosue hic erat minister moisi. Unde quidam dicũt id qđ supra dictũ est iosue ꝓanticipationẽ dictum esse. qz nũc primo impositũ est ei hoc nomen. Potest etiã dici. quia moises curam ⁊ salutẽ alioꝝ. ꝛi cõmisit illi. Cũqꝫ vocaret iosue vel osee. que nomina saluatorẽ sonant. tũc primo ei hec nomina appropriauit. cũ saluatorẽ alioꝝ instituit. Precepitqꝫ eis moises. vt cõsiderarent qualitatẽ terre ⁊ hominuꝫ ⁊ vrbiũ. ⁊ afferrẽt de fructibꝰ terre. Eratqꝫ tempus. quando ꝓcoq̃ vue comedi possunt. Qui ascendẽtes exploraueruut terram. ⁊ venientes in hebron. viderũt tres viros de genere enach vel enachim. id est de semine giganteo. quales etiaꝫ viderãt in thanai ciuitate egipti. qui ⁊ a thanai tranes dicti sunt. Fuit aũt hebron. vij. annis edificata ante vrbem thanaim. vnde ⁊ ab hebron semen gigantũ in egiptũ descendisse credit. Descendentesqꝫ vsqꝫ ad vallẽ vberrimã ⁊ torrentẽ. tulerũt de malis granatis ⁊ de ficis loci illius. Palmitesqꝫ quoqꝫ cũ vua abscinderũt. quem pre magnitudine tulerunt in vecte duo viri. Ob hoc appellatus est locus ille neeleschor. id est botri torrens.

Malogranatus arbor. malũ granatum fructus.

De murmure populi ꝑ quo ꝑ. ꝛl. annos in deserto pierunt. C. XVIII.

Reuersiqꝫ post dies. xl. venerunt ad populuꝫ suũ in cades. de. xxxij. eñ mãsione interim egressus erat popul⁹. ⁊ morabatur in. xxxij. Tamen quidam tradũt qꝫ de cades missi sunt exploratores. ⁊ ibi eos expectauit popul⁹. Hanc mansionẽ vocat ioseph⁹ cõuallem iuxta chananeoꝝ terminos existentẽ. ⁊ ad habitandũ difficilẽ.

In terra ꝓmissionis habitabãt. vij. ꝑꝛi. quoꝝ vnus erat chananeus.

⁊ cõmendãtes terram quam viderãt addiderũt. Sed cultores fortissimos habet. vrbes grandes et muratas. ⁊ aduersationẽ vicia stirpem enach vidimus ibi. quibus nos cõparati quasi locuste videbamur. Terra quã lustrauim⁹ deuorat habitatores suos. qđ sic exponit hebre⁹. Terra infirma ẽ. nec hẽe viuaces homines potest. vel quia nulli genti licebat diu in ea habitare. ꝓter frequẽtes impugnationes supueniẽtiũ. Unde ꝓphera cũ securitatẽ ꝓmanendi illi terre pollicetur. hoc opprobriũ ab ea auferendũ dicit. qvocabaꝫ terra cultores suos deuorans. Potest tamen ⁊ in cõmendationẽ terre dici. qꝫ adeo bona sit. vt nullus ex ea pegrinari velit. sed qui in ea nascitur. moritur ibidem. Igiꝫ audiens hec omnis turba fleuit dicens. Utinã mortui essemus in egipto. Nõne melius est reuerti in egiptuꝫ. qꝫ cadamus gladio. ⁊ vxores ⁊ liberi trahantur captiui? Cõstituamus nobis ducem aliũ qꝫ moisen. ⁊ reuertamur in egiptum. At vo iosue ⁊ caleph sciderunt vestimenta sua dicẽtes. Nolite rebelles esse contra dñm. id est eũ mendacẽ ꝓmisso

Sic ⁊ nos cui inuidemus. laudibꝰ eius cũ aduersationẽ vicia subnectim⁹.

Aduerte triplicez ei⁹ expositionem. qđ dicitur hebre⁹.

iudicare.quia sicut panem populū terre huius deuorabim⁹.Cunqꝫ clamarent in eos alij decē qui terruerant populum.ꝛ omnis multitudo lapidibꝫ vellet eos oppmere.apparuit gloria dñi sup tectū tabernaculi.et ait dñs ad moisen.Quousqꝫ nō credet mihi populus hic?Feriam eos et faciā te in gentē magnā.Cui moises.Obsecro dñe ne fiat hoc.ne forte insultēt tibi egiptij.ꝛ dicant.Nō potuit eos inducere in terram quā promiserat.Et ideo occidit eos in solitudine.Sed qꝛ in omnipotente dei cōiuncta est iustitie misericordia subdit.qñ aūt.

Juxta verbū tuū dimisi.Attamen viuo ego nullus eoꝝ qui viderūt signa q̄ feci in egipto numerum scz a.xx.annis ꝛ supra.qui etiaꝫ p.x.vices.id est multotiens tēptauerunt me.videbit terrā,p qua iurauī patribꝫ eorum.preter iosue ꝛ caleph.Quoniā amalechites ꝛ chananeus habitant iuxta vos.ne supueniant.mouete cras castra.ꝛ reuertimini in solitudinē.

Juxta numerum xl.dierū quibus explorastis terrā cōsideraſtis quadragenta annis recipietis iniquitates vestras.Locutusqꝫ ē moises oīa verba hec ad eos.ꝛ luxit populus nimis.Et ecce mane surgētes dixerunt ad moisen.Peccauimus desperātes.parati sumus ascēdere ad locū quē,pmisit dñs.Et moises ad eos.Nolite ascēdere.nō enim dñs vobiscū est.At illi contenebrati.sine deo scz posse vincere putātes ascēderunt archa cū moises ꝛ leuitis remanēte in castris.Persecut⁹ ē eos amalechites ꝛ chananeus pcurriens vsqꝫ ad locū qui ob hoc vocatus est horma.id est anathema.ꝛ reuersi sunt ad solitudinem.

Iterū subdit de iustitia dei iuxta numerū ꝛc.Ut̄ david propheta.xl.annis offert.g.h.

De lapidatione colligentis ligna in sabbbato.C.XIX.

Factum est autē cum essent in solitudine inuenerūt hominem colligentē ligna in sabbato.quem reduxit moises donec consuleret dñm..De quo dixit dñs.Morietur hō iste extra castra.lapidibꝫ obruat.Et factū ē ita.Quidam putant hūc fuisse salphaat.qꝛ ꝛ filie eius postea dixerūt.Pater noster in deserto in peccato suo mortuus est.Ibidē etiā pcepit eis dñs.vt p q̄tuor angulos palliorū fimbrias ponerēt iacinctinas.ob recordationē etiaꝫ minimoꝝ pceptoꝝ dñi obseruandā.Has magnificauerūt pharisei in tantū.vt etiam et spinas ligarēt.vt frequenti earū punctione ad memoriam iugem pceptoꝝ dñi excitarent.Qua dratis tunc iudei vtebantur pallijs.ꝛ ad huc in angulis vestis quadrate in synagogis suis habēt fimbrias iacinctinas ob recordationē legis date de celo.Hoc aūt faciebant vt a ceteris gentibus etiam habitu discernerentur.

De scismate chore dathan ꝛ abiron.ꝛ plaga eorum.C.XX.

Ecce autē chore filius isuar fratris amram cū vidisset fratrueles suos honoratos.alterū sacerdotio.alterū ducatu populi iuidit.ꝛ murmurās cōtra moisen ꝛ aaron.cōplices secū habuit ducentos.l.de leuitis maioribus.quos etiā dignos fuit psuadere dathā ꝛ abiron de dignitate ducatus quia potiores erant rubenitarum.quibus principatum populi deberi dicebat.quia fuerant de ruben primogenito.Quibus moises ait.Tollat vnusquisqꝫ vestrū thuribulū suū.ꝛ cras

Nota qꝫ isuar ꝛ amrā fratres erāt.quoꝝ alter scz isuar qꝫ primogenitus erat.vi sum fuit filio eius scz chore.qꝫ ipe potuit habere summū sacerdotiū q̄ moises filius amram.ꝛ hoc idē voluit psuadere dathā ꝛ abiron de dignitate ducatus quia potiores erant rubenitis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

hausto igne supponat thimiama. et aa/
ron vobiscū. q̄ quē elegerit dñs ipe sit san
ctus. Misit g̃ moises mane. vt vocaret da
than. q̄ abiron. qui dixerunt. Nō venim?
Et cōuocata omni multitudie dixit moi/
ses ad chore. q̄ ducētos quinq̄ginta. Tol/
lite thuribula vestra. q̄ ponite thimiama
sup ea. q̄ state corā dño. Illis aūt sic stan
tibus moises descēdit cū senioribꝫ popu/
li ad dathan. q̄ abiron. vt eos vocaret. Nā
q̄ abiron vt dicit iosephus ex patre leui/
ta erat. Illi aūt stabant cū vxoribꝫ. q̄ libe/
ris. q̄ omni frequentia dom? sue in intro/
itu papilionū suarū. parari potius ad re/
sistendū. si vim inferre vellet moises. q̄
ad obediendū. Nō vidēs moises orauit
ad dñm. vt insolita morte pirēt. q̄ sic pla/
nū fieret q̄ dñs ipm miserat. Quo oran
te. q̄ flente. tremuit terra. expauitq̄ popu
lus. grādi strepitu p illoꝝ tabernacula ex/
citato. q̄ scissa ē terra sub pedibꝫ eoꝝ. q̄ ape
riens os suū deuorauit eos cū omni sub/
stantia eoꝝ. q̄ descenderūt viui i infernū.
id est in paulū terre hiatū. Et reducta ē
terra quasi nihil hoꝝ factū esse videretur.
Sed. q̄ ignis egressus ē d̄ thuribulis cho
re. q̄ cōcilij ei?. tantus quantus nec de ter
ra. planis vel cōcursione fulminū aut vi/
olentia spirituū visus est vnq̄ exilire. et
deuorauit eos aaron stāte illeso. Tulitq̄
eleazar thuribula eoꝝ ex p̄cepto dñi igne
huc illuc q̄ dispersо. q̄ ea. p duxit in lami/
nas. formāsq̄ ex eis coronulas aureas af/
fixit eas altari eneo ad cōmouēduꝫ filios
israhel. ne quis nisi de semine aaron acce/
deret ad offerendū incēsum dño. ne simi/
lia pateret. Tamē. q̄ sic fabrefacte erāt. q̄
q̄ ibi stabant ad decorem.

De exustione populi extincta p aaron
Capitulum. XXI.

ITerum sequēti die murmurauit omnis multi/
tudo contra moi
sen. q̄ aaron dicēs Signo p̄missо cōfit
Vos interfecistis populuꝫ domini. Cūq̄ vellent eos obruere lapidibꝫ fugierūt ad taber/
naculuꝫ. q̄ operuit eos nubes. apparuitq̄ gloria dñi. Et egressus ignis a dño deuo
rauit populū. Dixitq̄ moises ad aaron.
Tolle thuribulum. q̄ hausto igne de alta
ri. ponensq̄ thimiama pergecito ad po/
pulū. vt roges p eis. Acceleransq̄ aaron
cū thuribulo. q̄ stans inter viuos. q̄ mor/
tuos. orauit dñm. q̄ plaga cessauit. Fuerāt
aūt p̄cussi ex eis. xiiij. milia. q̄ septuagīta.

De virga aaron que nocte vna florуit
q̄ fronduit. q̄ pepit nuces. C. XXII.

ETamē nondū cessauerat tumult? sup sacerdo/
tio aaron. Dicebāt enim. qz. q̄ si non p̄di/
ctos leuitas elegerit dñs. poterat esse q̄
aliqui de aliqua reliquaruꝫ tribuū digni
essent sacerdotio. q̄ forte de omnibus tri/
bubus aliquot vellet dñs habere sacerdo
tes. ne tanta ministerij dignitas vni do/
mui. q̄ tam paucis crederet ministris. Elc
usabāt q̄ moisen de deserti inopia. eo q̄
eoꝝ negociarē inopiam. vt semp ei? ve/
rerentur egere au
xilio. Tulit ergo moises ex p̄cepto dñi virgas. xij. principum. q̄ scri/
psit in vnaquaq̄ nomen trib? sue. vel po
tius principis. Scripsit aūt in virga aa/
ron nomen leui. et p̄ter has. xiij. sumpsit
vnā seorsum cunctas familias cōtinentē.
in qua. p̄baretur vtrū de omnibus tribu/
bus vellet de? habere sacerdotes. In nu/
meris tamen legī non fuisse virgas nisi
xij. Nō intelligendū est de singularib?.
sez excepta generali. Quas cuz posuisset
in tabernaculo corам dño. sequēti die re
gressus inuenit germinasse virgā aaron.
q̄ folijs dilatatis amigdala protulisse. Si

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ne hic tercio deo ordinãte aaron sacerdotium firmissime possedit. Nam & ĩ signũ rebellionũ ꝓcepit dñs virgam aaron seruari in tabernaculo in posterum.

De reditu in cades in quadragesimo anno. C.XXIII.

HAbitauerũt itaq; filij israhel longo tpe in solitudine. multo sederunt tpe in cades barne. & diu circũierunt montem seir. & redierunt fere vsq; ad mare rubrũ. & circa fines syrnai. Et pstrata sunt cadauera eor ĩ deserto. Tandẽ post multos labores & annos xxxviij. redierũt ad cades vnde miserant exploratores. vel in qua redierunt ad eos vt dictũ est que ẽ ĩ deserto syn. nec illud est desertũ ad qd̃ venerũt. viij. mansione. vt dicit hieronimus. Syn de quo hic agitur. vel est cades vel in eo est cades. Vñ dicitur syn in quo cades &c.

Prior enim scribit syn ꝑ samech. & interpretat rubus vel odium. Syn & o in quo cades. vel que ẽ cades. scribit ꝑ sade. & interpretat mandatũ. vel sancta. & ẽ vt quidam volũt ps deserti pharan. In fine igitur. xxxix. anni a finibo synai venerunt in cades. xi. diebus. & potuit esse q̃ tantum irent. xi. diebus cõcito gradu quantũ iuerant. xxi. mansionibus tardo. vel ꝑ aliam viam. Redierunt ergo filij israhel. xl. anno mense primo in desertũ syn. & mansit populus in cades. Et sic. xlij. mansiones filioꝝ israhel. quib⁹ legunt̃ ꝓfecti ab egipto vsq; ad campestria moab iuxta iordanem. Tribus aũt tantũ annis cõplete fuerũt. xij. ab egipto vsq; ad montez synai. anno primo a. xiij. die mẽsis primi. vsq; ad diem primã mensis tercij. Deinde anno secũdo. xx. die mẽsis primi ꝓfecti a synai vsq; ad cades. xx. mãsiones. & vnã expleuerũt infra annũ secundũ. Tñ quoto spacio anni nõ est determinatũ sic ĩ primo ꝑ. xxxviij. annos post errantes & prostrati. xl. anno redierũt ad eandẽ cades. Eo anno reliquas. ix mansiones transegerũt. Dõ si inueneris x. huius anni fuisse mansiones. scito q̃ inter has iterũ numerat cades repetita.

Quasi diceret non ẽ ita distinctũ in mansionibus primi anni quantuꝝ ꝓis fluerer inter viã mansionẽ & aliã. sic in mãsionibus primi anni.

De morte marie & aquis cõtradictionis. C.XXIIII.

MOrtua est autẽ maria in cades dum. xl. vt dicit iosephus cõpleisset annũ. ex quo egiptum dereliquit. an initio mensis xantici. qui & nisan scõm lunã. Et sepelierũt eã in monte qui vocat syn. Transactisq; xxx. diebꝰ fletus. moises populũ purgauit hoc modo. Vitulam rufã totã rubeam extra castra cõbussit. Et ꝓsequitur hic iosephus ordinem cinerum lustrationis. quẽ dñs decima die mensis septimi fieri precepit & videtur velle nũc primo cõbustionẽ huiusmodi factam. Unde etiã subdit. Hoc etiaꝝ venturos seruare precepit. & potuit esse. q̃ impediti hucusq; distulerũt. quia nec pascha interim celebrasse dicunt. Cũ aũt intrauerũt terrã. pmissam scõm precepta domini. legitima sua ꝓsecuti sunt. Etiã hic dicit iosephus. anteqũ redissent ĩ cades eos venisse ad terminos idumee. & misisse nũcios ad edom. ꝓ libertate trãsitus ꝑ terram suam. Dõ cum ꝓhibuisset moises recessit ꝑ desertũ uertiaciens. Historia numeri dicit post mortẽ marie misisse isrl̃ ad edom.

Necest liquidum verum iosephus ꝓanticipationem an liber numeri ꝓ recapitulationem hoc direxit. Nos & o sequẽtes ordinez historie. dicimus. q̃ mortua maria indiguit populus aqua. factaq; seditione contra moisen & aaron ĩ populo. orauerũt ambo ad dñm. Quibꝰ dñs aut

Isteedom frater iacob fuerat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Tolle virgam.⁊ congrega populū ad pe/
tram.⁊ pcussa dabit vobis aquā. Vtrum
virga q̄ fronduerat.an alia vsus est moi/
ses hic.est dubiū. Et tñ quia in numeris
legit.virga q̄ erat in conspectu dñi.videt
fuisse virga que erat in archa. Et congre
gata multitudine ante petram.dixit moi
ses. Audite rebelles ⁊ increduli. Nūquid
de petra hac poterimus aquā vobis eijce
re. Hic aūt cū in alijs egissent moises et
aaron fiducialiter. turbati populo mur/
murante diffidēter egerūt. qđ dño mani
festante cognitū est. Nō enim ex ope eoꝝ
aliquo.vel verbo hoc perpendi potuisset.
nisi forte quia moises quasi dubitans di
xit. Nunquid poterim⁹ ⁊c. quia inde sen/
sus affirmationis poterat elici quasi po/
terimus.vel negationis.quasi nō poteri/
mus. Cū ergo pcussisset prius virga sili/
cem.quia desperauerat. nō manauerunt
aque. Secundo vo ictu egresse sunt ita
largissime.vt biberet populus ⁊ iumēta.
Et dixit dñs moisi ⁊ aaron. Quia nō cre
didistis mihi.non introducetis populos
hos in terrā eoꝝ. Hec ē aqua cōtradictio
nis.quia etiā subiecti desperauerūt de.p/
missis ⁊ potentia dei. quasi contradicen/
tes promittenti.

De circūitu idumee.C.XXV.

Misit moises nū
cios de cades ad regē edom dicē
tes. Frater tuus iacob mandauit tibi hec
Obsecro.vt liceat nobis transire p terrā
tuam Nō ibimus p loca culta. via publi
ca gradiemur. nō declinabim⁹ ad dextraz
nec ad sinistram. Si biberim⁹ aquas tu/
as.qđ iustū erit dabimus. Et respondit.
Nō transibitis p me. Timēs tñ ne trāsi/
rent.egressus est obuiam in manu forti.
Quāobrem diuertit ab eo israhel. mari/
me quia deus pceperat ei. Nō pugnabis
aduersus fratrem tuū. Circūiuitq̄ idu/
meam.egredienſq̄ de cades.⁊ incedēs p
desertū arabie. ptransiensq̄ archim me/
tropolim arabum. que nunc petra dicit
venit ad montem hor qui est in finibꝰ ter/
re edom.

De morte aaron.C.XXVI.

Di locutus est domi
nus ad moisen. Pergat inquit aaron ad
populū suū. Non intrabit terrā pmissio/
nis.eo q̄ incredulus fuit ori meo. Tolle
aaron ⁊ filiū eius cū eo.⁊ duces eos cor̄
omni populo sup montē hor. Cū nuda/
ueris patrem stola pontificali.indues ea
eleazarū.cui pontificatus accessit p erat ē
primogenito p ignem assumpto. Et fecit
moises qđ p̄ceperat ei dñs. Et mortu⁹ est
aaron in mōte hor. In deuteronomio di/
citur muscera locus sepulture aaron. qui
vsq̄ hodie monstrat in montis vertice.
Populus vo fleuit eū.xxx.dieb⁹. Mor/
tuus est aūt.xl.anno egressionis.cū esset.
cxxiij.annoꝝ eodē anno quo ⁊ maria.mē/
se.v.qui ⁊ apud hebreos dicit sedebath.
apud romanos augustus.prima die mē/
sis scōm lunam. De victoria post
votum anathematis.C.XXVII.

Qvnq̄ audisset
chananeꝰ qui habitabat ad me/
ridiem venisse illuc israhel.pugnauit cū
eo.⁊ obtinuit.⁊ adduxit ex eo predā. Isra
hel aūt vouit dño. q̄ si traderet eū dñs in
manus suas.ciuitates eius anathemati/
zaret. Qđ fecit.⁊ vocauit nomen loci illi⁹
horma.id est anathema. Forte hic ē locus
qui supra p anticipationē vocatus ē hor/
ma. Anathema dicit ab anathene.id ē sur
sum ponere.qđ est deuotare. id ē voto de/
orsum ab vsu nostro separare. cuiꝰ rei res
vota ⁊ reddita sursum in tēplis ponebat.
Et nota. q̄ olim
generaliter populus terre pmissionis dictus ē cha/
naneus. Tres legunt victi p
capadoces i genesi.
Vñ ⁊ hic nomine generali vocat
eos qui erant ad meridiem. Tuc eñ. vſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

populi ꝓpijs vocabantur nominibus in ea. ⁊ ille ꝓpie dicebaꝫ chananeus. qui habitabat maritimā. De serpente eneo cōtra ignitos serpentes. C.XXVIII.

PRofecti de monte hor venerūt i salmana. vbi cepit populus tedere itineris ⁊ laboris. dū circūiret terrā edom. ⁊ murmurauit cōtra moisen. Ideo immisit dñs ī populū serpentes ignitos. qui dicebanť igniti. qm minimi ⁊ veloces erant ad modū scintillarū. vel vt alij tradūt tactū veneno inflāmabant vsq; ad tumorē ⁊ ruborē igneū. Rogauerunt q; moisen. vt oraret pro eis Cui dñs ait. Fac serpentē eneum. ⁊ pone in particam in medio populi eminentē. ⁊ quicūq; ꝑcussus fuerit a serpente. respiciat eū ⁊ viuet. Et factū est ita. Hunc serpentem semp habuerunt filij israhel. ⁊ magnifice reposi/tus est in hierusa/lē. Tandē ob cultum superstitionis quem populus ei exhibebat. cōminuit eū in puluerem rex iuda. Quia historie sibi sup hoc cōtradicūt. ideo nomē regis nō ponit qō tū post determinabit.

De scopulis torrentiū qui gestierūt. C.XXIX.

INde profecti per aliquas mansiones. venerūt ad torrentē zareth. quē transierūt siccis pedibus vt mare rubrum. Quem relinquentes castrametati sunt contra arnon. Qui vt ait iosephus fluuius est a monte arabie descendens. ⁊ p desertū fluens in stagnū asphaltidem erumpit. diuidens moabitidem ⁊ armoricam. Quidā volunt armoricā ciuitatem esse que est in deserto. ⁊ promineť in finibus amorrei. De hoc transitu israhel p terram illam. ꝙ sequitur leuitic⁹ in hunc modū. Unde dicitur in libro bellorum domini. sicut fecit ī mari rubro sic faciet in torrentibus arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt vel gestierūt. vt requiescerent in arnon. ⁊ recumberent in finibus moabitarum. Hunc locum sufficienter expositum nō memini me legisse. Augustinus dicit. forte fuisse librū sic vocatum apud chaldeos. vñ egressus abraham erat. vel apud egiptios. apud quos sapientiā didicerat moises. in quo de hoc transitu prophetatum fuerat. Ut autem fines inter duas gentes ibi constituerentur. bello actum fuisse putant. quod ꝓter magnitudinem sui bellum domini vocatum est. quod bellum liber ille conscripsit Quidam dicunt historiam totam de filijs israhel dici librum bellorum domini. in qua frequenter dicitur dominus ꝓ eis pugnasse. Et maxime dicunt hebrei ī terra illa amorreos manu potenti hebreorū fuisse deletos. ⁊ isti legunt dicitur. pro dicetur. quia etiam in hebreo ita est. Sup hoc dicetur in retractationibus bellorum domini. ⁊ legitur sic. Unde id est de arnon dicitur. id est dicetur. et fiet memoria in libro bellorum domini. id est in historia ista cum legetur a posteris. Fiet autem mentio de ea talis. Sicut fecit dominus in mari rubro perdendo egiptios. sic faciet in torrentibus arnon. perdendo amorreos. Moises dixit. Futurum faciet. nos dicimus preteritum sic fecit. Qđ etiam sequitur. Scopuli inclinati sūt. cē. Similiter ambigue exponitur. Tradūt hebrei immensam multitudinem amorreorum in conuallibus torrentium ⁊ scopulorum arnon posuisse insidias israhelitis. vt transeūtes incautos punirēt. dum vocalitantes oppressisse. rupibus hinc inde inclinatis. ita vt labēria scopulorum extenderentur in arnon.

ibiq; requiesceret id ē finiret. Fuerūt qui dicerent deriuatum a labendo labēscribi situ arnon.

Montis ruina decidēs qđ ī nime aliq; videť. ⁊ a labendo labēria dicit.

q; cū scopuli prerupti ⁊ altissimi sint ī deserto. paulatim inclinanť humiliādo donec requiescant. id ē finianť iuxta arnon

Potuit esse. vt aliqui scopuli montium
unuioꝝ corã israhelitis inclinati sũt. vt de
facili trãsirẽt. qõ forte erat pdictũ ĩ bñdi-
ctione ioseph. ibi. donec veniret desiderũ
colliũ eternoꝝ. Et forte de edom dixit da
uid. Võres exultauerẽt vt arietes. ⁊c.

De cantico ad puteũ. C. XXX.

Ex eo loco appa
paruit eis puteus. id est ex hoc lo
co venerũt in aliũ locum. vbi mõstrante
dño foderũt puteũ. Vñ subditur. Quia
hũc puteũ foderũt principes duces mul
titudinis in datore legis. id ẽ ĩ dño. Hoc
tñ in hebreo nõ legit. Et ascẽdit aqua de
puteo. donec supra redũdaret. Forte ĩ si-
gnũ. qz exinde pugnarẽt. ⁊ hostes supgre
derent in hũc modũ. ⁊ obruerent. Quo
viso cecinit israhel carmen istud. Ascen-
dat puteus ⁊c. De morte seon regis
amorreoꝝ ⁊ og regis basan. C. XXXI.

Egressus populus
inde p aliquas mansiones pue-
nit vsqz ĩ bamoth. Hec est nomẽ hoc mã-
sionis. sed est vallis in regione moab. in
vertice phasga. id
est iuxta montem illũ. vel forte adeo mons ille magn⁹ est qz in vertice habet colles ⁊ valles. In-
de misit israhel nũcios suos ad seon regẽ
amorreoꝝ. vt transitũ ei p terrã suã cõce-
deret. Qui noluit
imo cum exercitu egressus ei obuiã in desertũ pugna-
uit cũ israhel ⁊ p-
cussus ẽ in ore gladij. id ẽ in instantia. Jo
sephus dicit plurimos ex eis siri periisse.
alios ruentes ad fluuiũ iaculis terre con
fixos. fugientes ad menia fundibularijs p
uentos. Occisus est g̃ seon. tulitqz israhel
omnes eius ciuitates. ab arnon vsqz ia-
boch. inter quas caput regni erat esebon.
⁊ habitauit in eis. Ciuitates sunt qua-
Dicit ioseph⁹ hãc terrã inter tria flu-
mina sitam. quasi naturam insule haben
tem. ⁊ opulentissimã. Arnon fluit a me-
ridie. iaboch a septentrione. qui in ior-
danem descẽdit. cui ⁊ nomen tradidit ior-
danis ab occidente. Cũqz transisset israhel fluuiũ iaboch. ⁊ ascẽderet p viã basã.
occurrit ei og rex basan in ezrai. quẽ pcus-
serũt cũ populo suo vsqz ad interminionẽ.
⁊ possederunt terrã eius. Tñ terra hec quã
habuerunt vltra iordanẽ. nõ fuit de terra
pmissionis. qõ patet. qz moises hãc intra-
uit. Profectiqz castrametati sunt in cam
pestribus moab. vbi transiordanez ieri-
cho sita est. De itinere balaam. ⁊
qz ei locuta est asina'. C. XXXII.

Videns balac fi
lius sephor qui rũc rex erat ĩ mo-
ab. quid fecerant amorreo. timuit. ⁊ asci-
tos seniores madiã. qui primi regno ei⁹
erant ⁊ amici. consuluit quid facto opus
esset dicẽs. Populus hic delebit nos. sic
solet bos herbas vsqz ad radices carpere.
Misitqz eorum consilio ad balaam filiũ
beor ariolum qui habitabat sup flumen
amonitarũ. vt veniret ⁊ malediceret po-
pulo huic. Audierãt enim qz benedictus
erat cui benedicebat balaam. ⁊ maledicꝰ
cui maledicebat. Audierant etiam qz israhel nõ vincebat in arcu ⁊ gladio. sed ora-
tione fusa ad dominũ suũ. Assumqz ẽ eis
comodũ execrationibꝰ ptra orationes di
micare. Cũqz venissent ad balaam senio
res moab ⁊ madian ferẽtes munera diui
nationis in manibus. causamqz vie exp⁹
suissent. dixit eis balaã. Manete hic no-
cte. donec videam quid dixerit mihi do-
minus. Dominũ enim prophetã se men-
tiebatur. licet in sacrificando consuleret
demones. Forte demonẽ qui sibi loque-
batur dominum vocabat. Dixitqz ei do-
minus in nocte. curam populi sui gerens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Non eas cum eis.nec maledices populo huic.quia benedictus est. Mane surgens balaam.dixit ſe,phibitū a dño. Rursum misit ad eū balach viros plures.t honoratos.muneraq; maiora.t ampliora promisit.ſi maledicteret populo. Quib? ait balaam. Si dederit mihi balach domuz ſuam plenam auri.nō potero mutare verbum dñi. Obſecro manete hic etiā i hac nocte. Et ait dñs ad eū nocte. Surge vade cum eis.ita dūtaxat. vt q̄ p̄cepero tibi facias. Mane strata asina profectus ē cum eis. Et iratus est dñs.ſtetitq; angelus domini gladio euaginato in via contra balaam. Murmurauerat enim ꝓpositum. t captus cupiditate,pmissoꝝ diſponebat quomodo populo malediceret.licet,phibuisset dñs. Josephus videtur velle. q̄ dominus iratus quaſi ironice dixerit ei. vade cum eis. Nō quia nō intellexit. obſtitit ei angelus. Cum aūt vidisset asina angelum.quem tamen balaam nō videbat.timens deuiauit in agrum. Quā cū verberibus reduxisset balaam ad semitā. iterū ſtetit angelus in anguſtijs macerarum quibus vinee cingebant. timensq; asina iunxit ſe pariet.i attrinit pedem ſedentis. Et ille verberabat eam. Iterū ſtetit angelus i loco anguſto.vbi nec ad dexteram nec ad ſiniſtrā poterat deuiari. Timensq; asina cecidit ſub pedibus ſedētis. Qui cū vehementius fuſtibus cederet latera eius.aperuit dñs os asine.t ait. Cur percutis me.ecce iam tercio? Qui reſpōdit Illuſiſti mihi.vtinam haberem gladiū. vt percuterē te. Aſſuetus iſte monſtris .ad vocem asine non expauit. Protinus aperuit dominus oculos balaam.vidit q; angelum ſtantem in via cum gladio.t adorauit eum. Cui angelus. Peruerſa ē mihi via tua.t niſi asina declinasset occidiſſem te. Cui balaā. Peccaui.t nūc ſi via mea tibi est contraria reuertar. Cui angelus. Vade. ſed caue. ne aliud q̄ p̄cepero tibi loquaris.

De ariolatheſi balaam.t eius ꝓphetia Capitulum.XXXIII.

Dum ergo iret balac occurrit ei in extremis finibus moabitarū. magnifice q; ſuſcipiēs eū dedit ei munera. Cui cōteſtatus balaam ait. Nō potero loqui niſi q̄d poſuerit dñs in ore meo. Aſcenderuntq; pariter excelſa montis.vnde extremam ptem populi intuebant. Edificauerant aūt ab exercitu dñi ſtadia.xl. Dixitq; balaam ad balac. Edifica hic.vij.aras.t para totidē vitulos.t eiuſdem numeri arietes. Cūq; impoſuiſſent tam bo vitulum.t arietem ſup aram. dixit balaā regi. Sta iuxta holocauſtū.vadam ſi forte occurrat mihi dominus.t q̄d iuſſerit loquar tibi. Cūq; abiſſet. poſuit dñs verba in ore eius. Qui rediens.coram oīb? aſſumpta parabola.vel incepta ratione ſua. vt hebreus habet.ait. Quomodo maledicam populo.cui nō maledixit dominus? Habitabit ſolus inter gentes.t non reputabitur.id est ſingularis erit pre omnibus. t innumerabilis. Moriatur anima mea morte iſtoꝝ.t fiant nouiſſima mea horū ſimilia. Cōtriſtatus balac ait. Quid ē q̄d agis? Duxitq; eū ad aliū locū excelſum montis phaſga.vnde aliā ptem populi videre poſſet.ſcēm errorē gentilium putans omnia locis ineſſe.t temporibus.t deū ſicut hominē poſſe mutari. Cūq; iuxta modū p̄dictum ſtatuiſſent ibi ſeptem aras.t impoſuiſſent holocauſta.iterū poſuit dominus verba in ore ei?.t reuertēs ait. Non est idolum in iacob.nec ſimulacrum in iſrahel. Dominus deus eius cū eo est. Non est augurium in iacob.nec diuinatio in iſrahel. Burget vt leo.t quaſi leena nō accubabit donec deuoret predā. id est terram chananeorum. Tunc ait balac. Saltem nec benedicas eis.nec maledicas. Iteruq; duxit eum ſuper montem phegor.ſtatuiſq; vij. aris. impoſitiſq;

holocauſtis p ſingulas.nō abijt balaam
ſicut ante vt auguriū quereret. Sed ele/
uans oculos.vidit iſrahel cōmorantem ī
tentorijs p tribus ſuas.⁊ irruēte in ſe ſpi
ritu dei ait loquēs de ſe. Dixit balaam fi
lius beor. Homo cuius obturatus ē ocu/
lus.auditor ſermonum dei. Quā pulcra
tabernacula tua iacob. Hebreus habet.⁊
tranſlatio origenis. Cuius oculus reue/
latus ē. Tamen idē eſt ſenſus. qz dū dor/
miret.in ſomnis vidit hec q̄ dicebat. Qñ
⁊ obturatus erat oculus carnis.⁊ reuela
tus oculus mētis.vnde ⁊ ſequit. Qui ca
dit ⁊ aperiunt oculi ei⁹. Hebre⁹ plenius
habet. Qui ponit.id eſt qui collocat ſe in
lecto. Addidit etiā aptam de ſaule ꝓphe/
tiam dicēs. Tollet ꝓpter agag rex eius.⁊
auferet regnū illi⁹. Nō factū eſt ſauli. qz
pcperat agag regi amalechitar. Et poſt
dixerit verba ad populū. Qui bñdixerit
tibi.erit ipe bñdictus.qui maledixerit.in
maledictione reputabit. Cūq irraſceret
balac dixit.q in diſceſſu ſuo daret ei cōſi
liū quid faceret aduerſus populū hunc.
Iterumq aſſumpta parabola ait. Orie
tur ſtella ex iacob.⁊ cōſurget virga.id eſt
maria ex iſrahel.⁊ percutiet duces moab.⁊
vaſtabit omēs filios ſeth.q.d. Elaſtabit
totū genus humanū qō ſcz carnale in bo
nis cōreret.⁊ malos pdet. De ſeth em̄ to/
tū genus humanū ē.de quo fuit noe. Fi/
lij em̄ cayn diluuio pierūt. ſcōm hoc vati
ciniū dicit venisse magos in iudeam viſa
ſtella.⁊ tunc extitiſſe apud eos ſcripta ba
laam ſup hac re. Prophetauit quoq ꝙ
iſrahel idumeos⁊ amalech qui fuit prin
cipiū gentiū pugnantiū cōtra eos ſubice/
ret ſibi. Prophetauit etiā ꝙ aſſirij terraz
vaſtarēt.etiā cineos qui erant de fortiſſi/
mo genere.ſcz de ietro. Addiditq. veniēt
in trieribus de italia.⁊ ſupabunt aſſirios
vaſtabūtq hebreos.⁊ ad extremum ipſi
pibunt. Jonat/

chiam p̄dixit ro/ ſcilicet quando erant
manoz.⁊ in fine omnes reges ſubie/
tempoz deſtructi/ cti romano impio.
onem eorundem.

Dicit ioſephus eū ꝓphetaſſe adhuc totū
orbē futurū eoz habitaculū ineternū etiā
inſulas. Et cū ps ꝓphete ſit implera. reli
quū ꝙ certo credimus implendū.

Nō amore mulierculaz ininitatus eſt
iſrahel beelphegor. C. XXXIIII.

Reuertit balaā

vt rediret in locū ſuū. Cūq in fi
nibus madian valediceret balac ⁊ ſuis.
cōſiliū dedit eis. vt virgines quarū ſpecie
illudi poſſet caſtitas. circa rēpora iſrahel
cum exemplis vena

libus mitterēt. q̄ Exenia pegrinorum
iuuenes ad ſe de/ fercula. Unde xeno/
clinantes iterum dochium.

ſibi allicere laborarent. vt eos transgredi
leges patrias facerēt.⁊ deos colerēt alie/
nos. vt ſic deo ſuo irato eis. vel ad modi/
cū tēpus humiliarent. Deo enim eis ꝓpi
cio. nec bella nec peſtis aliqua eos corrupe
rent. Fecerūtq ita madianite. Tamen⁊
de moabitidis virginibo miſſe ſūt. ſz pau
ce. qz naturaliter ſunt deformes. Eo tpe
morabaf iſrahel in ſethim.⁊ fornicatus ē
cum filiabus moab. que vocauerunt eos
ad ſacrificia ſua.⁊ comederunt idolothi/
ta ſua.⁊ adorauerunt deos earū.⁊ Initio. aſ. nō initior
initiatus eſt. id ē Unde initio ſcolaſ
cōſecratus iſrahel litteris.

beelphegor. idolo madianitarum. idolos
ſcz tenuginis quē grecia priapum dixit.
Iratuſq dñs dixit ad moſen. Tolle cū/
ctos principes po

puli tui.⁊ ſuſpen/ Subintelligēda eſt
de eos ꝓ ta ſolē ī pena aliq̄. vel plaga
paribulis. vt auer a dño irrogata. quā
taf furor me⁹ ab exꝑſſam nō habem⁹.
iſrahel. Forte quia ſubditos non corripi/
ebant. duces tribuum voluit ſuſpendi.
Uel potius principes. id ē auctores hui⁹
idolatrie. Qñ⁊ ſtatim ſubdēs dixit moi/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ses ad iudices iſrl. Occidat vnuſquiſq; p̄ximos ſuos qui initiati ſūt beelphegor.

De zelo phinees. C.XXXV.

Tradit ioſephus q̄ princeps ī tribu ſimeon zamri filiā cuiuſdā potentis madianitarū duxerat q̄ dicebat cozbi. qui vxore iubente ī quadā ſolēnitate cū aliis ducibꝫ deo immolauit. Quāobrem cū moiſes eccleſiā cōgregaſſet. ⁊ eos culparet. non nominatim tū. q̄ turba erat in cauſa. ille cozā omnibus cōfeſſus eſt ſe alienigenaꝫ duxiſſe. idola colere. nec tirannicis legibus quas ipe ſibi moiſes poſuerat obnoxiū eſſe. quibus ſub figmēto legis ⁊ dei grauioꝛi ſeruitute p̄mebat populū q̄ egipti. q̄ cui p̄cium auferebat viuēdi arbitriū. ⁊ diſcedēs cozā omni turba q̄ flebat ante fores tabernaculi dñi intrauit tabernaculuꝫ vxoris. Virabant aūt omnes q̄ mortu? nō fuerat. Surgēſq; phinees filius eleazari de medio multitudinis. ⁊ arrepto pugione ingreſſus eſt poſt illū lupanar. ⁊ cū inueniſſet coeūtes p̄fodit ambos in locis geniralibus ceſſauitq; plaga. ⁊ occeſi ſunt. xxiiij. milia. forte a dño p plagā aliquā p̄cedentē. que tūc ceſſauit. Sed ioſephus videtur velle. q̄ plurimi iuuenes zelo finees accenſi multa milia populi p̄cuſſerunt. Locutus eſt aūt dñs ad moiſen. Hoſtes vos ſentiant madianite. Percutite eos. Hoc factuꝫ é poſtea cū moiſes miſit exercitū. ⁊ p̄cuſſit madianitas. Vel forte ſic̄ p̄cuſſi fuerāt filij iſrahel. voluit etiā tūc dñs mulieres occidi q̄ ſubuerterant eos. Secūdus numerus bellatoꝛ. C.XXXVI.

Poſtquam vero ſanguis noxioꝛ effuſus eſt. dixit dñs ad moiſen et eleazarū. Numerate capitulū iſtud. poſtrate ſummā filiorū iſrahel qui ad bella poſſunt p̄cedere. a. xx. annis ⁊ ſupra p̄ domos ⁊ cognationes ſuas Feceruntq; ita. ⁊ inuenti ſunt. dc. milia. ⁊ inde. dcc. ⁊. xxx. inter quos nullus fuit eorū qui numerati fuerant a moiſe ⁊ aaron. p̄ter ioſue ⁊ aaleph. Et ait dñs. Iſtis diuidetur terra. pluribus maioꝛē partem dabis. ⁊ paucioribus minoꝛē. Vō nō eſt intelligendū de tribubꝫ vel familijs. ſed de tribubꝫ. Terra enim eque diuiſa. ſcōm ſortes data eſt tribubus. ⁊ quelibet tribus ſorte equales p̄tes dedit familijs. familie vero iuxta numerū capitū domibus diuiſerunt ſine ſorte minoꝛes portiones. Numerati ſunt quoq; leuite a meſe vno ⁊ ſupra. xxiij. milia generis maſculini.

De iure ſucceſſionis hereditarie. Capitulum. XXXVII.

Omus autē ſalphaat. q̄ nō reliquerat filiū ſuū nō ē numerata. Eludiētes aūt. v. filie ipi? q̄ numeratis daret terra. ſteterūt ad oſtiū tabernaculi cozaꝫ moiſe ⁊ eleazaro ⁊ tota multitudine. ⁊ dixerūt. Pater nr̄ mortu? eſt ī deſerto. nec habuit mares filios. cur tollitur nomen eius de familia? Date nobis poſſeſſionem inter cognatos noſtros. Quarū cauſam retulit moiſes ad dominū. Qui ait. Juſtam rem poſtulāt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

filie salphaat. Ad filios aũt isrl̃ loqueris
Homo si mortuus fuerit absq; filio. ad fi
liã trãsibit hereditas. qõ vsq; hodie cõsue
tudo obtinet. Qõ si nec filiam habuerit.
transibit ad fratres ei⁹. Qõ si nec fratres
habuerit transibit ad patruos. Qõ si nec
hos habuerit. ad eos qui primi sunt.

De substitutiõe iosue. C. XXXVIII

DIxit quoq; do
min⁹ ad moisen. Ascende i mon
tẽ abarim. & cõtẽplare terrã quã daturus
sum filijs isrl̃ & post ibis ad populũ
tuũ. Nõ enim intrabis eaz. Cui moises.
Prouideat dñs de⁹ spirituũ ois carnis
hominẽ qui sit sup̃ multitudinẽ hanc. ne
sit populus dñi sic̃ oues sine pastore. cui
dñs. Tolle iosue. & statue corã eleazaro.
& omni multitudine. & impone manũ tuã
sup̃ caput ei⁹. vt audiat eũ ois synagoga
filioz isrl̃. Fecitq; moises vt dñs im
perauerat. cognouitq; vniuersa multitu
do. q̃ iosue post mortẽ moisi antecederet
eos. Vtrũ aũt tũc vel post ascẽderit moi
ses. vt videret terrã. certũ nõ ẽ. sed certuz
ẽ q̃ ascẽdit. & ptẽ terre videre potuit. Qõ
si torã vidit. miraculose factum est.

De libaminibus. C. XXXIX.

DRecepitq; do
minus moisi de iugi sacrifi
cio. & de sacrificijs legaliũ so
lẽnitatũ. Sz q̃ nõ offerebaf hostia sine li
bamẽtis suis. de his breuiter p̃mittendũ
ẽ. Libamẽ vel libamẽtũ erat simila oleo
glutinata & vinũ. q̃ cũ hostia adolebaf.
vt sq; q̃si panis & vinũ & caro dño offerrẽ
tur. Cuiq; vo hostie ꝓpriũ libamẽ deter
minatum erat. Pro agno simile decima
ps ephi. vini q̃rta ps hin vel ephi offere
baf. Erãt aũt ephi & chor⁹ mẽsure aridoz
hin & baf liqui
doz. Et forte tres
decime erãt inte
gre de trib⁹ ephi.
Chorus ẽ. xx. con
tinet modios. ephi
tres aridoruz. hin
batus liquidoz. pri⁹
Vel de vino ephi. tollebaf decima. Ite
rũ. ix. ptes decimabaf. & tercio decima
baf reliquũ. & sic erãt tres decime vnius
ephi. Pro ariete de simila due decime.
de vino tercia ps hin. ꝑ vitulo de simila
tres decime. de vino media ps hin. Ea
dẽ erãt libamẽta hirci. Si q̃ legas. pro
agno de simila dari decimaz decime. in
telligendũ ẽ de cõsueta decima deciman
di q̃li decimã decimationis. vel decimaz
decimantẽ. Vel ipa decima ephi iterum
decimabaf. & hec decime decima dabaf
ꝑ agno scõm quosdã. Vel pon⁹ idem est
decima decime. q̃ decima ephi. Est em̃
ephi decima chori.

De iugi sacrificio. C. XL.

PRius aũt de iu
gi sacrificio videamus. Juge sa
crificiũ vel indeficiẽs quotidie fiebat de
sumptu publico. Mane offerebaf agn⁹
anniculꝰ i holocaustũ cũ libamẽtis suis.
vt tota die cremaref in odorẽ suauẽ dño.
Quo ipositio sup̃ altare sacerdos cũ pu
nis & thimiamate & totus intrabat taber
naculũ. ponebatq; pruinas cũ thimiama
te sup̃ altare incensi. Et hoc vocabaf con
summatio sacrificij. Tunc etiã q̃ruor de
septẽ lucernis mortificabat. In vespe po
nebaf similiter ali⁹ agn⁹ in eundẽ modũ
Et intrãs cũ thimiamate sacerdos. accen
debat oẽs lucernas. & sic tota nocte i alta
ri erat odor suauis dño. Vespertinũ cõ sa
crificiũ melius erat. & pinguꝭ matutino.
q̃ sepe i die ꝑ illud plura imponeban
tur. Et inde dicebaf illud gratꝭ dño. q̃
pinguꝭ diam nos gratꝭ. q̃ mortẽ dñi
sacrã vespe significabat. Hos agnos qui
dam tradunt de sumptu tradi sacerdo
tum. Josephus vo de publico. qui etiaz
quotidianam de sumptu sacerdotum ob
lationez determinat. Offerebat enim sa
cerdos in diebus vicis sue assarium fari
ne oleo mixte. et modica decoctione in
durate. medieratem mane. & medieratez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

vespe sup altare. In hunc modū ecclesia mane ⁊ vespe offert dño laudes ⁊ cōpletoriū. vel potius ī prima ⁊ cōpletorio offert cōfessionē ad mutuo orandū ranc̄ ingt sacrificiū. q̄ sacrificiū nūm deo ē spūs cōtritus ⁊ humiliatus. De sabbato ⁊ oblationibus eius. C. XLI.

Solemnitates legales erāt septē. Sabbatū. neomenia. phase. penthecostes. festū clangoris. festū ꝓpiationis. scenopegia. Sabbatū interꝓtāt requies. ⁊ potest dici festū dñi. q̄ cū alia festa instituta ⁊ nominata sint ab aliquo euentu vel ope eoꝝ. hoc dicitur sabbatū. q̄ de⁹ in eo quieuit. Inde est forte. q̄ primi legiatū est ī duob⁹. quia in eo nō licet cibū parare. nec vltra mille passus ire. Dicit aūt hoc festū legale. nō quin ⁊ ante legē erāt ab exteris quibusdā nationib⁹ obseruatū fuerit sabbatuz. sed q̄ sub lege primo obseruatū ēer ꝓcepto. Ea die ꝓter iuge sacrificiū offerebantur duo agni anniculi immaculati cum libamentis suis. omnia hec in holocaustum.

De neomenia. C. XLII.

Neomenia sonat innouatio lune. Neos eñ nouū mene luna interꝓtāt. Quia ḡ iudei in legitimis finis lunationes ꝓ mēsibus habebant ex lege. die noue lune vocabāt kal. legales. ⁊ erat dies ferialis apud eos. Ea die offerebāt vitulos duos. arietē vnuz. agnos anniculos. vij. cū libamentis suis ꝓ singulos. Hircūq̄ ꝓ declinatione peccati. cū libāmtis suis. oīa hec holocaustū

De phase. C. XLIII.

POstea tribus diebus euoluris. dixit iosue ad populum. Sanctificamini. Cras enim faciet dominus inter vos mirabilia. Diluculo vero dixit ad sacerdotes. Tollite archam. ꝛ pcedite populum spacio cubitoz duozum miliū. vt videri possitis ab vniuersis. Cūq̄ intraueritis ptem iordanis siccabitur instar pauimenti. Cūq̄ precederent sacerdotes cū archa. sequebat vniuersa multitudo. parvulis ꝛ mulieribus in medio collocatis. precedebātq̄ ruben ꝛ gad. ꝛ dimidia tribus manasse scōm q̄ pmiserāt moysi. Et erant. xl. milia armatorum. In paralipomenon legitur tantū l. in quo multa vicia scriptoz depranata sunt. Accedentes aūt ad iordanem. reperierunt eum inmeabilē. Plus enim solito tempore triticee messis excreuerat. cū pro solutione niuium facta in mōtibus. tum propter ymbrem serōtinum nouiter datum. Cūq̄ intrassent sacerdotes aquā. steterunt aque ascendentes. ꝛ instar montis intumescentes. apparebant. pcul vsq̄ ad locū qui dicitur sarthan. Inferiores vero aque descenderūt in mare mortuū. vbi quinq̄ ciuitates submerse sunt sodoma ꝛ alie. Sacerdotes autem stabant in medio fluminis cū archa. donec vniuersus populus p arentem alueum pertrāsiret. Tunc elegit iosue duodecim viros. singulos de singulis tribubus qui tulerunt de loco vbi steterant sacerdotes. xij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lapides iuxta numerum filioꝝ israhel in siccum. De sicco vero retulerūt in alueū. alios duodecim in acerui memorialem transitus eoꝝ. Et sunt ibi vsqꝫ in hodiernum diem. Ad quos iohannes creditur demonstrationē fecisse cū dixit. Potens est dñs de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Tamen supꝫ matheuꝫ legit. ad illos quos iosue trāsferri de iordane fecit. Cūqꝫ trānsisset populus ⁊ archa post eos. reuersę sunt aque in alueū suū. ascēditqꝫ populus de iordane. primo mēse quartadecima die primi mēsis. tollentesqꝫ secū duodecim lapides fluminis. castrametati sunt in galgalis. p stadia decem ab iericho ad orientē. quinquaginta vo stadijs a iordane. Josue aūt cōstruxit altare dño de lapidibus quos tulerant de iordane. ⁊ sup illud postea sacrificauit deo. Et nota qꝫ sic legit in cronicis eusebij. scōm hebreos. ille annus erat iubileꝰ. ⁊ erat quinquagesimus primus inter iubileos quasi fluxissent ab initio mūdi anni duo milia. d.l. singulis iubileis p quinq̄genos annos deputatis. Scōm lxx. vo longe plures anni fluxerant ab initio mundi. Beda quoqꝫ in cronicis suis ponens numerum annoꝝ scōm hebraicam veritatez ꝓbat de predicta summa annoꝝ septē annos defuisse. alias defluxisse.

De circūcisione in galgalis. C.IIII.

Eo tēpore ex precepto dñi circūcidit iosue populum secūdo cultris lapideis. tamen hebreus habet renonaculis acutis. Nec intelligendū est. qꝫ idē homo iterū circūcidere/tur. sed puuli qui nati fuerant in deserto p quadraginta annos incircumcisi erāt. alij ex mandato domini. alij vo ex negligentia parentū. alij vo ex eorundē cautela. ne forte moꝝ circūcisis attolleretur nubes. ⁊ necesse haberent ꝓgredi. ⁊ sic pditarentur puuli. Facta aūt circumcisione dixit dominus ad iosue. Hodie abstuli a vobis opprobrium egipti. id est prepuci/um. quod apud hebreos erat opprobriuꝫ immundicie gentium. Ob hoc vocatum est nomen loci illius collis prepucioruꝫ. vel galgala. id est

reuelatio. quasi sanctificatio scōꝫ illud. Facta ē iudea sanctificatio eius. Potest tamē dici. opprobrium ab eis ablatum seruitus egipti. ⁊ labor deserti. quod cōgruit scōm aliam nominis interpretationem. Interpretatur enim galgala libertas. Porro mansit populus in castroꝝ lōco donec sanaretur. ⁊ fecerunt phase quartadecima die ad vesperam in campestribus iericho. qō nōdum nisi bis factum fuerat. Primo in finibus egipti. circa rameſſe. Secundo ad radicem mōtis syna secundo anno egressionis. Extūc intermissuꝫ fuerat cum circūcisione vsqꝫ ad terram ꝓmissionis. Et comederūt de fructibus terre die altero azimos panes ⁊ polentam eiusdem anni. Est aūt polenta grana tosta ⁊ manibus confricata ad modū grani. pilo tusi. Et dicitur polenta quasi pilenta. Quidam tamen tradunt polentam esse pultes de purgatissima farina factas. Et dictam polentā quasi pollentam a polline quod est purgatissima farina. Cuius nominatiuus ē pollen vel pollens. Tantumqꝫ defecit eis manna quo aliti fuerant quadraginta annis.

Nota qꝫ galgalis ꝺn doꝫ ponitur indeclinabile. quandoqꝫ prime declinationis. vt galgala galgale. quā doꝫ neutri generis ⁊ secunde declinatio vt galgala galgalorum.

De euersione iericho. C.V

Eadem nocte cū esset iosue in agro iericho ad explorandum. vidit virum stantē contra se euaginato gladio ⁊ ait. Noster es an aduersariorum? Qui respondit. Nequaqꝫ sed princeps sum exercitus dñi. ⁊ nūc venio. Et dixit eū angel⁹ ō modo capiēdi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ciuitatem. et q̄ eam et vniuersa eius face/ret anathema.

Anathema. id est abusio hominum seorsum remota. Cumq̄ adorasset iosue pronus i terram dixit ei ange/lus. Solue calcia/mentū de pedibus tuis. locus enim i/quo stas sanctus est. q̄ intelligen/dū est sanctificat? est. Qui esū pol/luus erat in ha/bitatione gentiū. ad p̄sentiā dñi p̄ angelū sanctifica/tus est. Porro p̄ nuditatem pedu/m

Anathema dicit? quasi separatū. Uñ ana/thema dicebat? ciui/tas quando quecūq̄ cū ea capiebant? com/burebant? omnia. et fiebat cineris cumu/lus accept? dño. ni/hil inde separabat?. p̄ter ea q̄ transierunt p̄ ignem que nō inci/nerantur. sed potius in igne purgātur. q̄ etiam eadez in igne purgata in vsum ta/bernaculi templi vasoz̄ reseruabant?. oīa scz metallina.

in huiusmodi locis sanctis in penitenti/bus potest notari innocentia q̄ talibz con/gruit. Eam enim habuerūt primi paren/tes nudi. Diluculo aūt iuxta consiliū an/geli. septē sacerdotes. septē buccinis clan/gebant. ante archam. omnisq̄ armatus p̄cedebat archā. et reliquū vulgus seque/batur eam. circūierūtq̄ ciuitatem primo die azimoz̄ semel. et sub silentio et redie/runt in castra. Sic fecerūt sex diebus. Die aūt septimo septies eam circūierunt. et in circūitu septimo dixit iosue ad populum Clociferamini et ascēdite. siccq̄ hec ciuitas anathema p̄ter aurū et argentū et es et fer/rum q̄ conseruabitur dño in primitias opum nostroz̄um. sola raab cum suis sal/uabitur. Igitur vociferante populo et clā/gentibus sacerdotibus cū buccinis muri funditus corruerunt. Et ascendit quisq̄ p̄ locum qui contra se erat. et interfecerūt omne viuens in ea. et cōbusserunt eam. et omnem suppellectilem in ea in tumulum domino sempiternum. Raab vero hono/ratam muneribus cum omni domo sua

receperunt in israhel in p̄petuum. Quā p̄cedēte tpe duxit salomon in vxorē p̄n/ceps in tribu iu/da. Tunc imp̄ca/tus ē iosue dicēs. Maledictus qui reedificauerit ie/richo in primoge/nito suo fundamē/ta illius iaciat. et in nouissimo liberoz̄ ponat portas eius. q̄ implet̄um est vt post liquebit.

Qui genuit boos a/uum illius boos qui genuit obeth. Tres enim cōtinui. pater. filiꝰ. nepos. dicti sūt boos. et ideo mathe/us vnū tm̄ posuit.

De lapidatione achoz. C. VI.

Porro achar vel achor alias achim filiꝰ charim de tribu iuda tulit aliquid de anathema/te. clamidem scilicet coccineā contectā au/ro. habentem sicli ioseph̄um auri pon/dus mazan. id est massam. id est ducen/tos siclos. tulitq̄ totidem siclos argenti. regulamq̄ auream vel ligulam quinqua/ginta siclor̄. Misitq̄ iosue viros de ieri/cho. qui explorarent ciuitatem hay que ē iuxta bethel. Qui reuertētes dixerūt. Nō ascendat omnis popul?. Sufficiunt tria milia ad capiendam vrbem. Joseph? ta/men dicit triginta milia. Qui cum ascen/dissent terga vertentes. p̄cussi sunt a vi/ris vrbis hay. et corruerunt ex eis trigin/ta et sex viri. Josue vero scidit vestimen/ta sua. et iacuit pronus coram archa. vsq̄ ad vesperam. et seniores populi cum eo sac/cis induti. et liquefactum est cor populi. Verebant? enī ne timor eoz̄ qui euaserat chananeos transiret in audaciā. adeo vt im/perum facerent in ipsos. Dixitq̄ dñs ad iosue. Pollutus est populus anathe/mate. nec ero cum eo donec mundet?. Ap/plica cras populum ad te. et fac sortem p̄ tribus et familias et domos et capita. Et quemcunq̄ sors inuenerit. comburetur igni cum omni substantia sua. Quo fa/cto. inuenit sors tribum iude. deinde fa/miliam zare. tandem domum charmi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ad vltimum caput achor. Et dixit ei ioſue. Fili da gloriam deo. confitēdo quid feceris Quo confesso. missi sunt nūcij ad tētoriū ei⁹. qui ꝓfatā pecuniā reconditā i terra retulerūt ad populū. Tollensq; ioſue illū cū vniuersa domo ei⁹ vniuersa ſuppellectili ⁊ iumētis. duxit eū in vallē ꝓfundā. lapidauitq; eū omnis popul⁹. ⁊ cuncta que illius erant igne cōſumpta ſunt. Fecerunteq; ſup eū aceruū lapidum qui ꝑmanet vſq; in ꝑſentem diē. Vocatumq; eſt nomen loci illius vallis achor. Nec putandū eſt populū neglexiſſe mandatū dñi quo ꝑcepat eū comburendum Nam in ſacra ſcriptura ignis ꝑ vehemēti pena accipi ſolet. vt ibi. de fornace ferrea. Putant tñ hebrei dñm ꝑcepiſſe lapidari ipm. ⁊ alia q̄ lapidibꝰ obrui poſſent cetera q̄ lapides nō ſentirent igne cremāda. Tradit tñ auguſtin⁹. ioſue feciſſe hoc. quadā cōſideratione. Aut enim penituit achor. ⁊ is dignus nō erat igne gehenna li. ⁊ ſic illū noluit vrere. qui dignus igne nō erat. Vel ſi nō penituit. ⁊ dignus erat igne eterno. reſeruauit dño penam ignis Puniuitq; eū alio genere pene. ne videretur bis punitus in idipſum.

De incendio hai. C. VII.

POſtea ſurrexit ioſue. et omnis popul⁹ cū eo vt aſcenderet in hay ⁊ ꝑmiſit triginta milia viroꝝ inter bethel ⁊ hay ad occidentē. Qui dimiſſis in locū inſidiarū. v. milibꝰ redierūt ad exercitū qui erat ad aquilonē. Rex aūt hay feſtinauit mane egredi cū omni populo ſuo ignorans q̄ poſt tergū lateret inſidie. Joſue vo fugiēs cū lōgius ꝓtraxiſſet eos ab vrbe. eleuauit dipeuꝫ quē gerebat. Quo viſo. ſurrexerūt qui erant in inſidijs ⁊ intrantes vrbem ſuccenderunt eā. Et eo q̄ dipeos habebant. comici pōt q̄ equos habebāt. Clipeos enim ferre pedites vix poſſent. Quibus egreſſis poſt hoſtes. ⁊ ioſue faciente impetū in eos. ex vtraq; pte cedebātur aduerſarij. ⁊ interfecerūt omnes a viro vſq; ad mulierem duodecim milia hominū. predam vero ſibi diuiſerūt ſuſpendentes regem hay in patibulo vſq; ad veſperam. ⁊ tūc deponentes eum ꝓiecerunt eū in introitu ciuitatis. cōgeſto ſup eum aceruo lapidū. ſuccendenteſq; vrbem fecerunt eam tumulū ſempiternū. Hic prꝰoccupat hiſtoria de altari illo q̄ ꝓ factum eſt inter garizim ⁊ hebal. ſup quē ſcripſit ioſue deutronomiū. ⁊ de benedictionib⁹ ⁊ maledictionibus factis ſup montes illos de quibus loco ſuo dicemus.

De dolo gabaonitarum ⁊ mulcta. Capitulum. VIII.

GAbaonite vero audientes que fecerat ioſue duabus vrbibus. ⁊ q̄ ex mandato dñi nulli parceret habitantium in terra promiſſionis. nec amicitias cum eis faceret. callide cogitauerunt inire fedus cum iſrahel. miſeruntq; nuncios quaſi de longinquo venientes. qui in argumentū longi itineris vtres ferebant ⁊ ſotulares veteres. ⁊ pera tijs cōſutos. paneſq; in ſiſtarcijs eorum duri erant ⁊ muſcidi. ⁊ in fruſta cōminuti. qui cum veniſſent in galgalis dixerunt ad iſrahel. De terra longinqua venimus que eſt extra terram que ſorte vobis debetur. ſerui veſtri ſumus inite nobiſcum fedus. Crediderunteq; eis filij iſrahel. ⁊ os domini nō interrogauerunt. Initoq; cū eis federe iurauerunt eis ioſue ⁊ eleazar ⁊ omnes principes multitudinis. Poſt triduū vero cognouit iſrahel ſe circūuentū eſſe a gabaonitis. mouēteſq; caſtra venerūt vt euerterēt ciuitates eoꝝ. egreſſiq; ſūt gabaonite obuiā eis ⁊ ait ioſue. Quare impoſuiſtis nobis? Qui dixerūt. Timuimus valde. ⁊ de cōſilio quidim⁹ animab⁹ noſtris. facite q̄ bonū vobis ⁊ rectū videt. Tūc acclamauit populus non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

esse standum iuramento. qđ p surreptionem factū erat. & pīsertim cū dīs inibuisset talibus cōfederari. Maiores vō qui iurauerāt p religione iurisiurādi seruanda. & murmure populi sedando. sic dispē sauerunt. vt nō haberēt eos socios. sed seruos aquarios. et lignarios. qui sc̄z ligna cederēt. & aquas cōportarent in vsus altaris in locū quē sibi dīs elegisset. Quo facto rediit israhel in galgalis.

De quinq̄ regibo suspensis. C. IX.

TEpore regnabat i hierusalē adonisedech. qui interpretat dīs iustus. forte sic vocabant tut reges hierosolimoz. Nā & melchisedech sonat regem iustū. Qui cū audisset gabaonitas federatos cuz israhel timuit valde & vocauit quatuoz reges secum. et ascenderūt quinq̄ reges amoz reoz & obsederūt gabaon. Obsessi aūt miserūt ad iosue dicentes. Ascende cito & libera nos. Qui collecto exercitu. irruit repente sup hostes. & versi sunt in fugā p descēsum bethoron. Et dīs misit grandinē sup eos. & plures occidit grando q̄z gladius. Videns aūt iosue solē descendentem ad occasum. & lunā ascendētem timēs ne būficio noctis euaderent hostes. clamauit ad dominū dicēs. Sol cōtra gabaon existens ne mouearis. & luna contra vallē hailon. Steteruntq̄ sol & luna spacio vnius diei. nec antea nec postea fuit tā longa dies. Quinq̄ vō reges absconderūt se in spelunca vrbis maceda. Precepitq̄ iosue socijs suis. & ait. Voluite saxa ad os spelunce. & apponite custodes. vos aūt plequimini hostes. Cesis itaq̄ aduersarijs plaga magna. redijt exercit⁹ ad iosue in maceda. vbi tūc erant castra sana & integro numero. Et ait iosue. Producite quinq̄ reges de spelunca. Quib⁹ eductis. dixit ad principes exercitus. Ponite pedes sup colla regum istoz. nē timeatis Sic faciet dīs cunctis hostibus vestris. Quo facto suspenderūt reges in patibulis. depositosq̄ ad vesperam. pecerunt in speluncam in qua latuerant & posuerunt sup os eius saxa in tumulū sempiternū. Eadem die pcussit macedaz. & regem ei⁹ in ore gladij. Postea vō vastauit lebnā. & lachim. eglon quoq̄ & hebron & abir. et reuersus est cum omni israhele ad locum castrorum in galgala. De. xxiij. regibus suspensis a iosue. C. X.

QVod cū audisset iabin rex asoz. misit ad oēs reges circūstantes. Egressiq̄ viginti quatuoz reges cū turmis suis. habentes secū trecenta milia armatorū. & duo milia curruū conuenerunt ad aquas meron ad hās meroy. vt pugnarent contra israhel. Dixitq̄ dominus ad iosue. Ne timeas eos. cras tradam tibi eos vulnerādos. equos eoz subnernabis. & currus igne cōbures. Factūq̄ est ita. Percusseruntq̄ omnes filij israhel preter eos qui in ciuitates munitissimas se receperūt. Fecerāt enim chananei plures municiōes ꝑualidas. a die qua audierant egressuz israhel ab egipto aduersum se. nec eas nisi longo tpe & graui labore obtinuit israhel Vastauit tamē circa vniuersam regionem. nulli etati hominū parcens aut sexui. ditatusq̄ est supa modum ex hostium preda.

De altari in hebal. & prima distributione terre. C. XI.

QVintus iam annus transierat. & transtulit iosue locū tabernaculoz in sylo. & ibidem transtulit tabernaculuz cum omni ornatu suo pro loci oportunitate. Et inde processit i sichem cum omni populo. & constituit in monte hebal altare domino de lapidibus impolitis. obtulitq̄ sup eo holocausta et pacifica. Scripsitq̄ sup illlud deutrono

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

mium. quod quidam intelligũt manda/
ta tantũ deuteronomij. ¶Poſuitq; media
partem populi ſui ſuper montẽ hebal cũ
ſacerdotibus ⁊ leuitis. aliamq; mediam
in montem gazarim. cum ſacerdotibus ⁊
leuitis. Et acclamauerũt ſibi alternatim
benedictiones ⁊ maledictiones ſicut mã/
dauerat illis moiſes. ¶Porro ioſeph? tra
didit maledicta ⁊ benedicta in altari con
ſcripta ꝓeliquiſſe. Quo facto redierũt in
ſylo. Conceſſit aũt ioſue tribui iuda mon
tana ad meridiem. que iam acquiſierant
ſed nondũ ſorte tradidit. Effraim quoq;
conceſſit montana ad aquilonem. inter
vtrũq; mediam tribũ manaſſe collocãs.
His tribubus commiſit terram. aliis in
caſtris manentibus. tum qꝛ bellicoſe erãt.
tum quia digniores. Sciebat enim iude
regnũ eſſe promiſſum. ⁊ manaſſe ⁊ effra/
im benediciſſe iacob ꝓ beneficio ioſeph
patris eorũ. Sed ipſe quoq; ioſue effra/
ta erat. Dedit autem effraim extra ſortez
aliorum agrum ſichem. quem dederat ia
cob ſingulariter ioſeph filio ſuo. ⁊ ſepeli/
uit in eo oſſa ioſeph. Hieronimus tamẽ
teſtatur ſe vidiſſe in ſichem ſepulchra ali
orum vndecim patriarcharum. ⁊ credibi
le eſt. q; quoq; tribus ſuum patriarcham
retulit in ſuam ſortem.

Hebron data eſt caleph. C. XII.

Receſſit autẽ ca
leph filius iephone ad ioſue co/
ram omni populo ⁊ ait. Noſti que locu/
tus ſit dominus de me ⁊ de te ad moiſen.
⁊ q; iurauit mihi moiſes in reditu ab ex/
ploratione dicens. Terra quam calca ⁊
uerit mihi pes tuus erit poſſeſſio tua in
eternum. ¶Pollicitusq; eſt mihi domin?
terram in qua inuenimus enachim te au
diente. Quadraginta ⁊ quinq; anni ſũt
ex quo locutus eſt dominus verbum hoc.
⁊ hodie. lxxv. annorum ſum. ſic valẽs vt
eo tempore valebam. Benediritq; ei io/
ſue ⁊ tradidit ei ebron in poſſeſſionem. et
quieuit terra a prelijs.

Quomodo Joſue ſorte diuiſit terraz
decem tribubus. C. XIII.

Iterum conuocauit
ioſue eccleſiaz in ſylo. ⁊ ait. Senui. bonũ
eſt vt terraz quam promiſit nobis domi/
nus ſorte diuidam?. Et aſſumpſit de ſin/
gulis tribubus tres induſtrios viros ad
conſiderandam terraz. dediteq; eis decem
viros metiendi peritos. quos propter ar
tem veritas non lateret. mandans eis ne
ſcõm quanticatem terram metirẽtur. ſed
ſcõm eſtimationẽ felicis terre. ⁊ que mi/
nus eſſet idonea. nam ſepe pluris fũt de
cem iugera q̃ centum. ⁊ q; in ſcriptis re/
digerent terre diuiſionem. Viri autẽ cir/
cũeuntes terrã ⁊ eſtimantes ſeptimo mẽ/
ſe reuerſi ſunt ad eum in ſylo. proiectiſq;
ſortibus prima ſors inde egreſſa eſt. Se/
cunda ſymeonis. tercia beniamin. Hec
ſors anguſtiſſima fuit propter terre ſterili
tatem. tulerunt enim iericho ⁊ hieroſoli
mam. Quarta effraim. Quinta medie/
tari manaſſe. Sexta iſachar. Septima
zabulonitis. Octaua aſeritis. Nona ne/
ptalim. Vltima danitis. Et notandũ q;
ſcõm conceſſionem terre prius factã duo
bus tribub? ⁊ dimidie. ⁊ traditionẽ poſt/
ea factam ſcõm ſortes nouem tribub? et
dimidie. varie quandoq; loquũtur aucto
res. Legitur enim q; iudas habuit terrã
ſibi ſorte ⁊ q; obtinuit hieruſalez. nec po/
tuit inde eicere iebuſeum. que de cõceſſio
ne dicta ſunt. Alibi legitur q; beniamin
poſſedit hieruſalem. qõ de traditione dic/
tum eſt. Iterum legitur q; ioſue locut? ẽ
ſeptem tribubus dicens. Vſq; quo torpe
tis ignauia. Date mihi viros qui diui/
dant vobis terram. Cũq; hoc omnibꝫ di/
ciſſet. ſeptem tantũ legitur hoc diciſſe. q;
due tribus ⁊ dimidia terram conceſſam
quaſi traditam poſſidebant. Inde eſt q;
hoc nomen iudea diuerſis modis accipi/
tur. Quandoq; dicitur iudea tota terra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

promissionis. ⁊ tunc a iudeis dicit. scom qd dicitur pompeius iudeam fecisse tributariam. quādocz iudea tantum regnū iuda. vt ibi. Audiuit ioseph qd archelaus regnaret in iudea. quandocz pro sola sorte iude. vt ibi. Judea ⁊ hierusalem. id est sors iude ⁊ beniamin. Si ergo circa hoc sibi obloqui videtur auctores. Determinandum est scom terram concessam vel traditam. Nam iudas ⁊ effraim maiorē habuerunt concessam vel traditam. Soli autem duo iosue ⁊ caleph quasi priuilegiari sine sorte terram habuerūt Caleph ebron habuit. Josue tamnatha vel tamnasara ⁊ etiā sichem scom iosephum. Hanc partem elegit sibi iosue post distributionem omnibus sacram tanquā bonus dispensator. Sed ⁊ leuitis seperauit quadraginta et octo ciuitates ad inhabitandum. quaruz decem prius acceperant in amorrea. De reliquis triginta octo tres constituit ciuitates refugij. ebron de iuda. sichem et effraim. de nepthalim cedes. Tūc locuti sūt filij ioseph ad iosue. Cur dedisti nobis q̄si possessionem vnius funiculi. cum sim? tante multitudinis. Respondit cz iosue ad effraim ⁊ manasse. Populus multꝰ es ⁊ fortis. non eris contentus sorte tua. sed transibis ad montem. ⁊ poteris vltra terminos terre promissionis procedere ⁊ parare tibi locum.

Possuit esse vt nunc est qp in eadem ciuitate diuersi habuerunt quod sui iuris erat. qd fere in singulis videmus fieri.

De irriguis agre datis a patre caleph Capitulum. XIIII.

Et tempore ascēdit caleph in terram sibi traditam. ⁊ percussit i ebron tres filios enach. ⁊ ascendens inde obsedit ciuitatem dabir. que prius vocabatur cariathsepher. id est ciuitas litterarum. Ciues enim eiꝰ scriptores erant. Quam cum inuenisset munitam. ait. Qui primus percusserit vrbem hanc ⁊ ceperit. dabo ei aram filiam meam vxorem cum ea. Et cepit eā othoniel filius cenez. frater caleph minor eo. Erant autem vterini fratres ītum. Nā ille filius iephone. iste vero filiꝰ cenez dicitur. nisi forte pater eorum binomius fuerit. Dedit itaqz caleph filiam suam axā fratri suo in vxorem. Que cum pergeret cum viro ad vrbem tradi tam sibi suasit est a viro suo a vt peteret a patre suo agrum in conuallibus. Suspirauitqz ⁊ fleuit vt sederat ī asino. Cui caleph Quid habes inquit. At illa. Da mihi benedictionem. Terrā arentem dedisti mihi iunge ⁊ irriguaz. Dedit cz caleph ei irriguum superius ⁊ irriguum inferius. id est agros irriguos circa ciuitatem ab oriente ⁊ occidente.

Hec nota determinat obiectionem que de eo fieri potest. et caleph obuiabat legi iam date. dando fratri nepoti suo filiam suam.

Nota qd caleph maluit seruare votū suum qz legem que interdicit matrimonium cum filia fratris nisi forte lex intelligatur de filia fratris ex patre.

De reditu duarum tribuum ⁊ dimidie. C. XV.

Eodem tempore cū iam quartusdecimus transisset annus. dixit iosue ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribui manasse. Fecistis que precepit vobis moises famulus dei. Et qz dedit dominus fratribus vestris quietem. reuertimini ad terraz possessionis vestre. ita dumtaxat. vt custodiatis legem dei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ꝛ colatis eum nec eatis poſt deos alienos
quia ſarcham ꝛ tabernaculum non habe-
bitis. Fratres ſumus ꝛ ſerui vnius dei.
licet interiecto flumine ſeparemur. In
multa ſubſtantia reditis. diuidite eaꝫ cũ
fratribus qui remanſerunt. Dñi reuer-
tẽtes venerũt ad tumulos iordanis. Sic
enim dictus eſt locus per quem tranſie-
runt. alius per quem tranſierũt filij iſra-
hel dicitur vada iordanis. Et edificaue-
runt iuxta iordanem altare infinite mag-
nitudinis vocãtes hoc nomine illud. Te
ſtimonium noſtrum ꝙ dominus ipſe eſt
deus. Elideruꝫ velle ioſephus ꝙ altari
ſuperinſcripſiſſent illud. Cunꝫ rediſſẽt
ad propria. nũciatum eſt ioſue ꝛ his qui
remanſerant de edificatione altaris. ꝛ ar-
bitrati ſunt illos erexiſſe illud. vt immo-
larent ſuper eo victimas. quod non licebat
niſi ſuper altare quod ſtatu erat dei an-
te tabernaculum. Cunꝫ arripuiſſent ar-
ma vt delerent eos de conſilio miſſus eſt
ad eos finees. ꝛ decem honorati cum eo.
qui dixerunt ad eos. Que eſt iſta tranſ-
greſſio? Cur reliquiſtis deũ iſrahel ꝛ cul-
tum eius. edificantes vobis altare ſacrile
gum? At illi reſponderunt. Abſit a nobis
hoc ſcelus. alioquin deus ipſe quereꝛ tu
dicet. Sed timuimus ne cras dicerent fi
lij veſtri filijs noſtris. quid vobis et no-
bis? Quid vobis ꝛ domino deo iſrahel?
Terminum poſuit dominus inter nos ꝛ
vos. Quamobrem memoriale hoc ereꝛi-
mus in ſignum. quoniam fratres veſtri
ſumus. ꝛ deicole vobiſcum. His dictis.
placatus eſt finees. Et cum retuliſſet ver
ba hec ad omnem populum laudauerũt
deum. Hoc videtur quibuſdam factum
eſſe quod legitur in libro iudicum. ꝙ an-
gelus domini tranſiret de galgala ad lo-
cum flentium. Sed quia potius videtur
auguſtino hoc factum eſſe poſt mortẽ io-
ſue. non enim auſi fuerunt filij iſrahel eo
viuente aperte recedere a deo. nos illud
loco ſuo explicabimus.

De fedele quod ſtatuit populus ad
deum. C. XVI.

Volvto autem
multo tempe cõgregauit ioſue
omnem iſrahel in ſichem. ꝛ ait. Ego ho-
die ingredior viam vniuerſe terre. ꝛ ſcio
vos pronos ad irritandum deum. Eligi-
te hodie quod placet. cui potiſſimum ſer-
uire debeatis vtrum. diis quibus ſeruie-
rũt patres noſtri i meſopotamia. an diis
amorreorum. in quorum terra habitatis
ego autem ꝛ domus mea ſeruiemus do-
mino. Et ait populus. Domino ſeruie-
mus. abſit vt ab eo recedamus. Et dixit
ioſue. Teſtes vos eſtis. quia hodie elegi-
ſtis vobis dominum? Et reſponderunt.
Teſtes ſumus. Et aſcenderunt in ſylo.
vt ſtarẽt coram domino. Percuſſitꝫ po
pulus in die illa fedus cum domino et in
ſignum federis effudit ioſue aquam ſup
terram. Mos erat gentibus in ſignum fe
deris ꝛ robur inuri. ſanguinem ſuilluꝫ ef-
fundere. quaſi diceret. Sic effundeꝰ ſan
guis illius qui violauerit hoc fedus. He
brei vo aquam fundentes. atrociorẽ pe-
nam in violatorem iudicabant. Aliꝫ eſt
liquores non effundũtur de phaſe. quin
aliquod veſtigium ſui in eo relinquant.
Solus aque liquor prorſus effunditur.
Quod faciebant hebrei i federe inito cũ
domino. quaſi dicerent. Non ſolum vio-
lator huius federis peribit. ſicut i aliꝫ fit
federibus. ſed tota progenies eius peri-
bit cum eo. vt nullum veſtigium eius ap
pareat ſuper terram. Scripſitꝫ ioſue in
die illa verba hec in volumine legis dei.
id eſt in libro hoc. ꝛ tulit lapidem pgran-
dem. poſuitꝫ euꝫ ſubter quercũ que erat
ante ſanctuariuꝫ domini. ꝛ ait. En lapis
iſte erit vobis in teſtimonium. Solebãt
enim veteres huiuſmodi durabilia erige
re. vt ſui diuturnitate veteres huiuſmo-
di poſteris initum fedus in memoriã re-
uocarent. Dimiſitꝫ ioſue populum. ſuũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

gulos in possessionem suam.

De morte Josue & eleazar. C.XVII

POst hec mortuus est iosue cum esset centū & decem annorum. Quadraginta quattuor annorum erat cum accessisset ad moisen. & quadraginta annis seruiuit ei in deserto. Ex quo colligitur. ꝙ viginti sex annis rexit populum trans iordanem. & sepelierunt eum in tamnasara que sita est in mōte effraim. Eleazar quoq; mortuus est et sepelierunt eum in gabaa finees & filij eius. que data est ei in monte effraim. qui successit patri in sacerdotium. In diebus iosue ericonius primus iunxit quadrigā in greciam. erat quippe apud alias nationes. Busiris tirannidem exercuit in hospites. fenix & cathmus de thebis egiptiorum in syriam profecti. in regione thiri & sidonis regnauerunt. Sed cathmo recedente in greciaz. terra a phœnice phœnicia dicta ē. Europe filie phœnicis iupiter mixtus est. Danaus ꝙ quinquaginta filias. quinquaginta filios egisti fratris sui interfecit. vno tantum superstite qui regnauit post eum.

Gabaa finees potest esse nomen ciuitatis a finees ibi sepulto. vel possūt esse due dictiones.

Historia Judicum. C.I.

Quomodo iudas pugnauit contra chananeum. c.ij.
De cineis & transgressione populi. c.iij.
De loco flentiū in galgalis. c.iiij.
De othoniele. c.v.
De aiorth & sangar. c.vj.
De delbora & barach. syfara. iahel. & iabin. c.vij.
De gedeone. c.viij.
De abimelech. c.ix.
De thola. c.x.
De iair galaadite & morte eius. c.xj.
De iepte. c.xij.
De abessam. c.xiij.
De ahilon. c.xiiij.
De abdon. c.xv.
De sampsone. c.xvj.
Quō sampson interfecit leonē. c.xvij.
Quomodo interfecit multos cum mandibula asini. c.xviij.
Quō tandē receptus fuit sampson. c.xx.
Incidentia. c.xxj.
De micha. c.xxij.
De vxore leuite. c.xxiij.
De ruth. c.xxiiij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Incipit historia Judicum. C.I.

Liber iudicū hebraice sophim dicit. qui iudices describit vsq ad heli sacerdotem. & ob hoc dicitur iudicum tanq a materia. Videt tamen quibusdam ab auctoribo sic noiatus. vt quasi cronice scribendo quisq iudicum tempus suum in actis redegerit. Quis autem in vnum compegerit. dubium est. Dicunt quidaz q samuel. alij q esdras. Verisimilius videtur. q ezechias qui parabolas salomonis & libaum regū in vnum collegit. Si queritur quare iosue & moyses inter iudices non annumerentur. dicimus. quia non solum iudicauerunt populum. sed & rexerunt. Ceteri vero nil iuris in populo habuerunt. nisi q in tribulationibo suis consilio & prudēcia eoz populus vtebatur.

Quomodo iudas pugnauit contra chananeum. C.II.

Factum ē post mortem iosue consuluit populus dominū per singulos. Quis ascendet ante nos cōtra chananeum & erit dux belli. Et dixit dominus Judas. Non personam: sed tribum designans. Creditur tamen caleph prefuisse populo. sed pro modicitate temporis nec rectoribus nec iudicibus annumeratus ē. Et ait iudas simeoni. Ascende mecuz in sortem meaz. & pugna contra chananeū & ego pergam tecum in sortem tuā. Non tamen legitur simeon prius postea habuisse sortem. sed adiuxit iude vt impleretur quod predixerat iacob: de simeon & leui. Diuidā eos in iacob. & dispergam in israel. Ascenderuntq iudas & simeon in bethel besech. & percusserunt in eo decem milia virorum. Comprehendentesq adonibesech. id est dominum besech. adonay enim dominum sonat. incidērūt summitates manuum & pedum eius. Hebreus tamen sermo videt sonare pollices. Quibus cesis nō est idoneus homo ad arma ferenda. Et ait adonibesech. Verito patior hoc. idipsum enim fecerā septuaginta regib? qui colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Et ascendentes i hierusalem percusserunt eam. tradentes incendio & reliquerunt ibi adonibesech. et mortuus est. Nec int elligendum est. q filij israhel tunc habuerunt hierusalem in ditione sua expulso iebuseo. Hoc enī factum non est vsq ad tempora dauid. qui expulsis iebuseis sedit in ea. & transtulit eam de beniamin in sortem regum. Hoc videtur a quibusdam recapitulando dictum. & factum esse viuente iosue. ante distributionem sortium. quando concessaz sibi iudas habebat hierusalem. & totum recapitulando dictum vsq ibi. Et surrexerunt alij qui non nouerant dominum. Alij tradūt eo ordine dictum esse quo factum. & ibi demum inchoant recapitulationem. dimisit ergo populū &c. Et vult augustinus hoc ordine suo dictum. in iosue preoccupatū. Ascendit & caleph in ebron. terram scilicet gigantum. & percussis hostibus plenius possedit eam. Et recapitulat hic historiā. quod supra diximus factum in cariathsepher. Cepitq iudas gazam & ascalon & acharon cum finibus suis. Nec potuit delere habitatores vallis. quia falcatis curribus abundabant.

De cineis & trāsgressione populi. Capitulum. III.

Alij autē ietro cynei cognati moisi ascenderūt de ciuitate palmarum cum filijs iuda in desertum sortis eius. quod est ad meridiem. Isti sunt filij obal fratris sephore vxoris moisi. qui relicto patre & patria secutus ē moisen. & deinceps habitauit ime-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dio filiorum israhel. Ciuitas autem palmarum dicitur hic engaddi. Uel quia ierichonte sic solet appellari. forte de campestribus eius vbi erant cum beniamin transtulerunt se ad iudam. Beniamin autem post iudam ascendit in hierusalez. Hinc putant quidam eam fuisse cōmunē. Nec potuit eicere iebuseum. sed permisit eū habitare secum sub tributo. Effraim quoq; ascendit i bethel. que prius vocabatur luza. Uidentesq; hominem egredientez de obsessa ciuitate dixerunt ei. Ostende nobis introitum ciuitatis. & faciemus tecum misericordiam. Quo ostendente. percusserunt eam. hominem vero & domū eius dimiserūt. Qui transiēs in terrā cethim. edificauit ibi ciuitatem & vocauit eam luzam. Nec deleuit effraim chananeum. sz passus est eum viuere sub tributo. Similiter & reliquę tribus cum essent consortes. maluerunt eos habere tributarios. q̄s delere transgredientes mandatum domini. & cōuerterūt se ad agriculturas. Qui ad diuitias se tradentes. per epulas & libidinem iam imbelles facti in conuersatione legum integri non erant.

De loco flentium in galgalis. Capitulum. IIII.

Angelus autem domini apparuit i galgala. & cū conuenissent ad eum de finibus suis. trāstulerunt se ad alium locum. & secuti sunt eum. Cumq; improperasset eis dominus pro angelum beneficia que eis contulerat addidit. Cur inistis fedus cum habitatoribus terre huius. & reseruastis aras eorum. & noluistis audire vocē meā. Quāobrem dixi eorum erunt vobis in ruinam Nec angelo loquente eleuauerunt vocē suam & fleuerunt. & vocatum est nomē loci illius locus flentium. cognominat? ab euentu. sicut galgala collis prepuciorum Immolauerunt q; ibi hostias domino. Porro hic recapitulat historiā de iosue. ad continuandam ordinis seriem dicēs. Dimisit ergo iosue populum. & abierunt filij israhel vnusquisq; in possessionē sua sam seruieruntq; domino cunctis diebus iosue & seniorum qui post eum vixerunt & nouerunt opera domini que fecerat cū israhel. Mortuus est autem iosue & omnis illa generatio seniorum. & congregata est ad patres suos.

De Othoniele. C. V.

Et surrexerunt alij qui nouerunt dominum. id est non viderant virtutes eius. quas fecerat eis in exitu de egipto in deserto. & in ingressu terre promissionis. Feceruntq; malum in conspectu domini & seruierunt baal & astaroth. & dijs terre. contraxeruntq; coniugia cum alienigenis. Quamobrem indignata diuinitas. non deleuit gentes de medio eorū. vt essent eis in aculeum & laborē. Et tradidit eos dominus in manibus chusan rasathaim regis mesopotamie et syrie. Seruieruntq; eis octo annis. & clamauerunt ad dominum. qui suscitauit eis liberatorem othoniel fratrem caleph. quem iosephus cenez vocat quasi equinoctium patri. Uel dicitur cenez quasi cereneus a loco. Et fuit dominus cum eo & pugnauit aduersus cusan rasathaim. & oppressit eum & quieuit terra quadraginta annis. Et mortuus est othoniel. Hic dicit Josephus occisionem in beniamin factam. pro proxe leuite. quod nos infra ponemus. sequentes ordinem huius libri. Et nota q̄ hebrei sub hoc numero cōprehenderunt annos seruitutis et quietis & similiter sub alijs iudicibus. Aliter non staret historia. In diebus othoniel captiuus regnauit thebis. ex cuius filia semele natus est dionisius liberpater. Bithinia condita est a phenice. qui phenicibus quasdam tradidit litteras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

et ad scribendum vermiculum instituit. Unde & color ille phœniceus dictus est. qui postea littera mutata punice? dicit. Ephira. que nunc chorintus dicitur a syfiphio condita ē. Vinos filius europe regnauit in creta.

De aioth & sangar. C. VI.

ADdiderunt aũt filij israhel facere malum in conspectu domini. Qui cõfortauit aduersus eos eglon regem moab. & copulauit ei filios amon & amalech. Qui transiens iordanez percussit israhel. & posuit idola sua in galgala. & fecit sibi domum in vrbe palmarum. id est iericho. & seruierunt ei filij israhel decem & octo annis. & clamauerũt ad dominum. Qui suscitauit eis saluatorem aioth. filiũ gera. filij gemini. Qui vtraqz manu vtebatur pro dextera. Jeminũ quidam dicunt fuisse quendam vilem in beniamin. qui posteris suis sepe legit improperatus ob ignominiã. Hebrei tradunt hũc fuisse beniamin. Et quasi p̃ afferesim. vbi nos ponimus ieminus ipſi ponũt iemin quod sonat dextrarium vel dextrale. qui latine geminus dici posset. quia gemina/tur cum tribente. nisi ieminus a iemin p̃ i. consonantem scriberetur. Dicitur autẽ a iamin proprie ieminus. sicut a dextera dextrari? Miserũtqz filij israhel p̃ aioth munera eglon regi. qui fecit gladium ancipitem lõgitudinis palme manus & accinctus est eo ī dextro femore subter sagũ. quod est quadrate forme militare indumentum. Erat autẽ eglon crassus nimis. Cumqz obtulisset ei munera. prosecutus est socios qui cum eo venerũt. & reuersus ad regem ait. Verbum secretũ habeo ad te o rex. Egressisqz omnibus qui cum eo

In regum vbi incipit agere de saul dicitur vir fortis robore. ob hoc quidã putant dictum geminũ quasi binomium.

erant. accessit ad eum aioth & ait. Verbũ domini habeo ad te. quod intelligenduz est de somnio ex mandato domini. Qui statim surrexit de throno. Extenditqz aioth manum sinistram. & tulit siccam de dextro femore. & infixit eam ī ventrem eius valide. nec duxit eam. sed reliquit in corpore. Ipse vero clausis diligenter ostijs cenaculi. per posticam egressus est. & aufugit. Serui autem regis post longam moram intrantes. inuenerunt eum mortuum. & iacẽtem in terra. Veniteqz aioth in sayrat. & insonuit buccina in monte effraim. & descenderunt cum eo filij israhel ad vada iordanis que transmittũt in moab. Et volentes transire moabitas pcusserunt circiter decem milia. & humiliat? est die illa moab sub manu israhel. & quieuit terra. lxxx. annis. Et mortu? ē aioth. Et tunc de philisteis volentibus intrare terrã israhel. sangar occidit. dc. viros vomere vno. Ipse quoqz defendit israhel. & eodem anno vitam finiuit. In dieb? aioth cyrene ciuitas condita est in libia. & triptolemus longa naui veniens eleusim. frumẽta ibi distribuit. Proserpinaz rapuit rex molosorum orchus. cuius ingens canis & cerberus pirithoum deuorauit. qui cum theseo ad raptum proserpine venerat. Sed & theseum deuorasset. nisi hercules superueniens eum liberasset Frixus & helles insidias nouercales euasserunt in naui. cuius insigne fuit aries. In dardania regnauit tros a quo troiaz conditam ferunt. Perseus occidit gorgonem meretricem. que ob nimiam pulcritudinem speratores suos mentis impotes reddebat. Dionisius in india nisam condidit. & a suo nomine eam appellauit.

De debora & barach syfara iahel & iabin. C. VII.

POst mortem aioth addiderũt filij israhel facere malũ coram dño. Qui tradidit eos ī manu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

iabin regis chanaan .qui regnauit i aſor
7 habuit ducem exercitus ſui ſyſaram .
Ipſe autem habitabat in aſeroth genti
lium que ſic dicebatur.quia non ab vno
populo.ſed a multis collectis gentibꝫ ha
bitabatur.7 oppreſſit filios iſrahel per vi
ginti annos. Qui clamauerunt ad domi
num. Erat autē delbora prophetes vxor
lapidoth.que poſſuerat tentorium ſuum
in monte effraim ſub arbore palme.que
dicebatur palma delboze.7 aſcendebant
ad eam filij iſrahel in omne iudiciū Que
vocauit barach filium abinoe de cedes
alias cades neptalim. Mulier enim iu
ra ad prelium vocauit virum ſuum qui
ſupza dictus eſt lapidoth. Creditur enim
fuiſſe idem barach 7 lapidoth.quia eadē
eſt vtriuſqꝫ nominis interpretatio. In
terpretatur enim vtrūqꝫ choruſcatio.del
boza vero hebraice apis. Que dixit ad eū
Nonne precepit tibi deus iſrahel. Duc exerci
tum in montem thabor decem milia de
neptalim 7 zabulon.ego tradam ſyſaram
in manum tuam iuxta torrentem cyſon .
Cui barach. Niſi veneris mecum nō per
gam. Que ait. Ibo.ſed victoria tradetur
in manus mulieris. Nunciatum eſt ſyſa
re.q aſcēdiſſent delbora 7 barach in mō
tem thabor ad pugnandum. Et congre
gauit exercitum ad torrentem cyſon tre
centa milia armatorum.vt ait ioſephus.
7 decem milia equitum.7 quingētos cur
rus falcatos.7 alios currus duo milia.7
centum .Et ait delbora ad barach. De
ſcende.hac die dabit tibi dominus ſyſarā
in manus tuas. Et deſcendit cum decē
milibus delbora ſtante in monte ad ora
tionem. Et perterruit dominus ſyſaram
7 vniuerſam multitudinem eius. Nam
tus grando 7 pluuia irruerunt in facies
eorum.arcus 7 fundibule inutiles fiebāt
plurimi de equis 7 curribus excuſſi con
terebantur. Siccꝫ conuerſo in fugam
exercitu .ſyſara de curru exiliens.7 fugi
ens. peruenit ad tentorium iahel vxoris
abher cinei. Aber enim cum omni do
mo ſua receſſerat a fratribus ſuis qui ha
bitabant vt diximus in ſorte iude.7 teten
derant tabernaculum in valle ſennim iu
xta cedes.7 erat fedus inter regem aſor 7
domum aber cinei. Porro iael ſuſcepit
fugientem 7 rogantem vt celaret eum. et
petenti poculum dedit ei lac.vt grauius
obdormiret. Illa vero dormienti clauū
ferreum percuſſum malleo per vtrūqꝫ tē
pus immiſit vſqꝫ in terram. Et barach
poſt paululum venienti oſtendit eum in
terra confoſſum. Et ſic implerum eſt qō
dixerat delbora q per mulierem triūph?
accideret. Barach vero agens exercitum
ſuper aſor obuiam venientem iabin in
terfecit .ciuitatem fundinus eſciens. vt
ait ioſephus. Cecineruntqꝫ delbora 7 ba
rach canticum domino.i quo hortantur
victores ad benedicendum deum. reme
morando beneficium.qō fecerat domin?
iſrahelī. dum daret legem in terre motu
7 pluuia. addendo 7 quomodo per ſan
gar vt diximus quieuerūt hoſtes a ſemi
tis iſrahel. 7 quomodo defecerat fortitu
do iſrahel. donec ſurgeret delbora.quan
do noua bella elegit dominus. vt mulier
de viris triūpharet. Quod ſequit in can
tico. ſurge delbora 7 loquere canticū non
eſt in hebreo. Ald
idit quoqꝫ de a
malech victo i ra
phidim. ab effra
im. id eſt a ioſue effrata. 7 pheretanic eum
dem poſtea vincendum per ſaul ex benia
min .Et cōmēdauit eos qui de manaſſe
et yſachar et zabulon et neptalim cū eis
venerant ad prelium. vituperans ruben
et gad .et dan et aſer.qui noluerunt cum
eis venire. Quod etiam dicit ruben con
tra ſe diuiſus.intelligit. q ſepauit ſe a pu
gnaturis . vel q rubenite inter ſe diuiſi
erāt.quibuſdā hortantibus ad prium.alijs
dehortantibus. Qui autem dicit pugnaſ
ſe eos in thane iuxta aquas mageddo.

Qui primus infeſta
uit iſrahel i deſerto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

intelligendū est regionez esse secus cyson qui preterfluit magedon. Hebreus habet in ramazach. quod interpretatur super altitudinem campi. ꝛ significat ꝙ in campo vbi preliatum est hostibus superiores facti sunt. Quod autem sequitur stelle pugnauerunt aduersus syſarā. non mathematice intelligendum est. quasi fatali constellatione hoc factum fuerit. Sz quia corruscationes ꝛ fulgura ita de sublimi ferebantur in eos. ac si stelle ruerēt. ꝛ est yperbolicos. Sequitur torrens cyson traxit cadauera eorum sicut torrēs cadumin. supple traxit cadauera egiptioꝝ. Cadumin interpretatur antiquorum. et ponitur ꝙ mari rubro. eo ꝙ antiqua miracula ibi facta sunt. Quod sequitur. cōculca anima mea robustos. Vox est populi sese adhortantis. Sequitur. Vale/dicite terre meroth. dixit angelus domini. Meroth fuit vnus de principibꝰ chanaan. Telbora vero seipsum dixit angelū domini vel michahel qui preerat israheli Dixit vt malediceret meroth. qđ sonat archanum. id est angelis apostatis. qui aduersabantur ei in archano. Postea benedixit iahel. quoniam fortiter egit. ꝛ quieuit terra ꝙ quadraginta annos. Eo tpe regnū defecit apud agros. ꝛ trāslatū est in micenas. Obiit liberpater cuius sepulchrum est apud delphos iuxta apollinem aureum. Pingit vero muliebri corpore. quia mulieres militantes cum viris habuit in exercitu. Ilium ab ilo condidit. Vilcus condita.

De Gedeone. C. VIII.

Fecerunt iterū filij israhel malum coram domino. qui tradidit eos in manibus madian septē annis. Ascēdebant enim madian et amalech singulis annis in israhel. vastantes segetes eorum. ꝛ vniuersa iumenta trahentes in predam. Cunctꝫ clamasset israhel ad dominum. misit ad eos virum prophetam per quem exprobrauit eis dominus beneficia que contulerat eis. ꝛ tamē noluerunt audire vocem eius. Venit autem angelus domini. ꝛ sedit sub quercu q̄ erat in effra. Hic est vir quem dominus miserat. Lapis autem super quem sedebat. ꝛ quercus. ꝛ ager pertinebant ad ioas patrem familie ezri. id est honorabiliorez inter alios illius familie. Gedeon vero filius eius timens hostes qui irruerant super terram. in occulto excutiebat frumenta in torculari. vt haberet viaticum ad fugam. Josephus dicit. hoc maximum fuisse diuine propiciationis indicium. ꝙ tunc vtcretur torculari pro area. Futurū enim per eum erat. vt aree replerentur. ꝛ torcularia. Et ait angelus ad eum. Dominus tecum virorum fortissime. Cui gedeon. Si dominus nobiscum. cur apprehenderunt nos hec mala? Et respexit in eum dominꝰ in angelo. ꝛ ait. Vade. Ego mitto te in hac fortitudine tua. quam scilicet confero tibi respiciendo vel mittendo. percuties madian quasi virum vnū. Cui gedeon. Si gratiam inuenī coram te non recedas donec veniam. Et coxit gedeon hedum. posuitqꝫ carnes. ꝛ azimos panes in canistro. ꝛ misit ius in ollā. offerens ea angelo. Cui angelus. Pone carnes ꝛ panem super petram. ꝛ ius desuper funde. Quo facto tetigit illa angelꝰ sum mitate virge quam gerebat. Et ascendit ignis de petra. ꝛ combussit omnia. Angelus autem euanuit ab oculis eius. Timensqꝫ gedeon ait. Heu mihi domine. quia vidi angelum dei. Cui dominus. Ne timeas. Non morieris. Eadem nocte ait dominus ad eum Destrue aram baal quam erexit pater tuus. ꝛ nemꝰ cinica eam succide. ꝛ occide taurum que faginat idolis. aliū vero taurū septēnem quē ciues dedicauerūt idolo offeres mihi in

Sexto suscitauit dominus spiritum gedeonis in israhel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

holocaustuz sup altare qđ edificabis mi/
hi in summitate petre. sup quā ante sacri
ficium posuisti. Gedeon timens patrem
t ciues. t cum decem seruis omnia nocte
compleuit. t vocauit altare pax domini t
latuit. In crastino ciues dixerunt ad io/
as. Educ filium tuum vt moriatur. quo/
niam fecit hoc. Quibus ille ait. Nūquid
vltores estis baal? Si deus est baal vin
dicet se. Exinde dictus ē gedeon. ierobo/
al. id est forcitudo baal. quasi fortis cōtra
baal. Igitur madian t amalech transito
iordane federunt in valle israhel quasi lo
custe. Spiritus autem domini induit ge
deon. vocauitq; tubam abiezer de cuius
familia ipse erat. t ipse misit nuncios ad
manassen t azer t zabulon t nepthalim.
Qui occurrerunt ei triginta duo milia.
Et petijt gedeon signum victorie in velle
re posito in area. si nocte illa vellus tote
compluerentur. area sicca manente. Et fa/
ctum est ita. Et expressio vellere tota con/
cham implevit. Sequenti nocte ne casu
factum putaretur petijt signum in cōtra/
rium. vt area irrigaretur. t vellus siccum
esset. Quod factum est. Venit autem ge/
deon cum suis ad fontē qui dicitur arad.
Et ait domin⁹ ad gedeon. Popul⁹ mul/
tus est tecum. ne dicat israhel. virib⁹ me/
is liberatus sum. clama ad populū. Qui
formidolosus est reuertatur. Tamen in/
telligendum est alia tria que mandauit
dominus clamanda in populo eum non
audisse. que moises dixit in deutronomio
Qui edificauit domum t non dedicauit
eam. reuertatur. Similiter. Qui plan/
tauit vineam. t nondum fecit eam com/
munem. t qui desponsauit vxorem t nō/
dum accepit eam. Et reuersi sunt de po/
pulo viginti duo milia. t tantum decem
remanserunt. Et ait dominus ad gedeon
Adhuc populus multus est. duc eos ad
aquas t calore meridiei. eos qui lambue/
rint aquam manu t lingua sicut canes.
qristimans magnanimos separabis. Et
inuenti sunt tantum et eis trecenti viri.
Et ait dominus. In his trecentis vi/
dam madian in manus tuas. Quibus
assumptis t cibarijs p numero t tubis.
gedeon se certamini dedit. Eadem nocte
dixit dominus ad gedeon. Descēde in ca
stra madian. tu t phara puer tuus te/
cum. t audeis quid loquantur. t confor/
tabuntur manus tue. Dissolutum enim
erat cor ei⁹. Qui descendens steterit in par
tem castrorum vbi vigilie erant. t audi/
uit quendam narrantem somnium com/
militoni suo in hunc modum. Videba/
tur mihi q panis ex ordeo subcinericeus
t comestibilis descendebat in castra ma/
dian. vsq; ad tabernaculum et subuertit
illud. t terre funditus coequauit. Et ait
is cui loquebatur

Vile est ordeum inter grana. t in/ ter gentes israhel videtur abiectū. t in israhele vilis est familia gedeo nis.

Forte tabernaculuz eorum dicit vexillum quo ducebantur. vel habebant tabernacu lum i quo idolis su/ is sacrificabant.

Non est hoc aliud nisi gladius gedeonis. tradidit do/ minus in manus eius madian. Quod audiēs gedeon adorauit. Et reuersus ad socios ait. Tamen. tradidit nobis domi/ nus castra madian. Et diuisit eos in tres partes. t dedit tubas in manus eorū de/ xtras. lagenas vacuas. t lampades i me dio lagenarum in sinistras. Et ait. Dō me facere videbitis facite. Et ingressi sūt per gyrum castrorum in tribus locis in vi gilia noctis medie. Et cum confregissent hydrias. tenuerunt lampades in mani/ bus. t insonātes tubis clamauerūt. Gla dius domini t gedeonis. Scōm iose/ phum vacuas quoq; pharetras portaue runt. Quib⁹ simul complosis. terribilis audiebatur sonitus. Quo subito hostes excitati. turbati sunt. nec cognoscētes se/ se. plurimi mutuis vulneribus cecide/ runt. alijs in fugaz cōuersis vsq; bethera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Factum est autē post quadringentos & octoginta annos egressionis israel de egipto. anno quarto regni salomonis mense secundo. ꝙ huius apud hebreos dicitur. apō nos maius. cepit salomon edificare domum dño de cādido marmore qō pariū ō. Joseph? tamē dicit anno quinquagesimo secundo egressionis de egipto. describens etiā annos eorum precedentium. dicēs ab abraā fluxisse annos mille. xx. A diluuio mille quadringentos Ab adam tria milia. c. et duo. Habebat autem domus in longitudine cubitos .lx. in latitudine vero. xx. Pars quidem anterior que sancta dicit̄ et erat ab oriente. xl. cubitorum erat in lōgitudine. Reliqua pars ad occidentem. viginti cubitorum erat. et dicebatur sancta sanctorum. Porro in latitudine. xxx. cubitos habebat vsq; ad primum tabulatum super quod secunda mansio erigebatur. xxx. cubitis vsq; ad secundum tabulatum. Tercia vero mansio erat. lx. cubitoꝝ vsq; ad tercium tabulatum. quod erat tectum domus. Et sic tota templi altitudo in. c. xx. cubitos ascendebat. Josephus tñ mentionem non facit nisi de duabus mānsionibus. vnicuiq; ascribens cubitos .lx. sed duas inferiores sub vna comprehendit. Et erat porticus ante faciem tēpli habēs lōgitudinē iuxta tēpli mēsurā. lx. cubitoꝝ. & latitudiē. x. cubitoꝝ surgens ī altū vt dicit ioseph? vsq; ad celsitudinē tēpli et fecit in templo fenestras obliquas. i. extrinsecus angustas. et interius obliquando diffusas. Has excogitauit salomon. Trabes autē posuit in domo per transuersum per tria loca in summitatibus trium mānsionum adeo longas. vt forinsecus capita earum prominerent ex vtraq; parte Edificauit super capita forinsecus prominētia tria tabulata ad ambulandū circa tēplum que in euangelio pīnacula templi dicuntur. que quomodo facta esset ī vtroq; latere satis elucet. Quomodo autē fuerit in fronte orientali et occidentali non memini me legisse. nec super hoc me somniare aut liber aut licet. sed ꝙ ibi fuerant credit̄. qō videt̄ velle iosephus dū ait de euersione templi. Latitudo vero tabulatorum differēs erat. Tabulatum enī qō erat subter. quinq; cubitos habebat latitudinis. et medium. vi. cubitos. et tercium. vij. Nō ad literā quidam tradunt factum. vt in superioribus tabulatis manētes nō impedirētur ad aspiciendū inferi? per obstaculū inferioꝝ. Hebre? tamē di.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

cit tria tabulata parem habuisse latitu/
dinem. vt si a summo vsq; ad imum plũ
bata cementarij dimitteretur. eorum per
penderetur equalitas. Verũtamen inferi
us tabulatum. quinq; cubitorum erat in
latitudine. mediũ vero. vi. qz murus su
perior artior factus. quasi per cubitum re
tractus erat. Vltimum vero tabulatum.
vij. cubitos habebat pro retractõne muri
superius simíliter factum. Fuerũt qui di
cerent. inferius tabulatum. vij. fuisse cu
bitorum et mediũ. vi. vt ascendendo ar/
tarentur tabulata sicut et murus. Et co/
rigunt literam pro subter ponendo super.
Vel etiam legunt subter dicentes. tabu/
latum quod subter erat non loco sed nu
mero. Sicut enim dicitur altum et pro/
fundum et supremuz. sic et subter dicitur
loco quod infra positum est. subter vo nu
mero ad quod ascenditf numerãdo. Hec
autem tabulata sic erãt ꝓiuncta muro. ut
ei non hærerent. i. muro iufixa non essent.
Trabes tamẽ de muris ꝓminebãt. Pozz/
ro in extremitatibꝫ cuiusq; tabulati ut de
ambulantes ab iniuria lapsus defenderẽ
tur. edificauit luriculas tanq; apodiatio/
nes. que in regũ latera vocantur. in para
lipomenon cancelli. de quozũ altitudine
nescimus. nisi de supremo quod habuit i
altitudine quinq; cubitos.

De ornatu inferioris domus. C.X.

Dzo murus in
feriozis mansionis intrinsec? vn
diq; opertus erat tabul'cedrinis. trabibꝫ
vero solarij affixa erãt laquearia cedrina
Pauimentum vero domus tectũ erat ta
bulis abienis. tabulata vero laterũ et la/
quearia trabiuz. et pauimenta tabul'au/
reis operiebantur cuz clauis aureis. quo/
rum singulis erat. c. siclozuz. nihilq; erat
in illa inferiori parte templi qd auro non
tegeretur. vt vultus ingredientium face
ret auri lumine resplendere. Pozro in tñ
cura tabulatuz fecit anaglipha. i. celatu
ras vel tornaturas i iunctura ꝓbendi posset In me
dio vero tabule erant imagines prominẽ
tes cherubin et palme. Hec quidem in ta
bulis cedrinis celata erant. sed auro tecta
vel in ipis tabulis aureis. Oraculũ autẽ
qd dicitur sancta sanctoz.

habebat. xx. cubi
tos lõgitudinis
et. xx. latitudinis
et. xxx. in altitu/
dine. In litera
tamen habetur
et. xx. cubitos al/
titudinis. quod

Id est sancta consecu/
tiua loco scilicz sancto
rum sicut dicitur san/
crum consecutiuuz se/
culi. vel sancta sancto
rum comparatiue. id
est sanctiora sanctis.
intelligendũ est de pariete interposito in/
ter sancta et oraculũ. Sicut enim in taber
naculo columne interpositę fuerunt' qui/
bus appendebaf velũ. sic interpositus est
in templo paries cedrinus. nõ ascẽdens i
altũ nisi per. xx. cubitos. x. cubitos qui su/
pererãt vsq; ad laquearia intactos relin/
quẽs. vt fum? aromatũ ascendens de al/
tari ꝑ apturã superiozẽ libere intraret in
oraculũ. Erat aũt totus paries tectus au
ro. habens anaglifa. cherubĩ et palmas ad
modum parietũ Huic pariet appensum
erat velũ de. iij. coloribꝫ cui interta erant
cherubin tante tenuitatis. vt parietis nõ
prohiberet aspectum. Qd totũ parietem
operiens forte vsq; ad laquearia ascende
bat. quod legif in euangelio scissuz fuisse
a summo vsq; deozsum. De interiori sce/
mate superiop mansionũ nõ legitur. nisi
q dũ ꝓsummaref edificiũ. posit? est lapis
in angulo superiori. non sine grandi oim
admiratõne. Cũ cñ edificãtes et in fun/
damẽto et in muro eum locare niterentur
non est inuentus locus eius. donec in an/
gulo superiori. et postremus omniuz con
uenientissime positus est secundum q ꝑ
dixerat dauid. Lapidẽ quez reprobauer
e. b. f. ãc. In summitate vo muri p girũ
affixa erãt aurea vna ad lois magitudi/
nẽ. ꝑ quẽ aues abigẽdas vt de lõge aspiciẽ/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

tibus quasi silua aurea videretur. Per gyrum vero muri erat labium exterius. a quo dependebant grandes vue auree cum pampinis au/reis. adeo fabre/ factis vt sursum a/spicientibus qua/si adinstar auium moueri sepe vide/rentur. Porro iu/xta terram. ostium lateris medij in pa/riete erat domus tertre. id est meri/diane. et per cocleā testudinis ascen/debant in mediū ce/naculū. et a medio in terciū. hoc est per ascensum rotun/dum. qui vulgo vi/tis dicit. qui factus est ad similitudi/nem coclee testu/dinis. Josephus tamē describit ascē/sum factum per me/dium muri abscon/ditum. facilem et securum. in parte muri exteriozis fe/nestratū sufficiēter. Ostiolū vo ascensus dicit fuisse iuxta terrā in āgulis aīterioz vtriusq; muri. Fecit aūt in introitu tēpli postes de lignis oliuaz quadrangulos. et duo ostia de lignis abienis altrīsecus. et vtrūq; ostiū duplex erat. et se inuicē tenēs aperiebat. Et sculpsit in eis cherubī et palmas et celaturas valde eminētes. et opuit oīa lamīs aureis ope quadro ad regulam Fores iste tāte venustatis erāt. q; ē dauid pphetā de tēpli destructōe. eas nominatī expressit dicēs. Excidēt ianuas eius in id/ipm. Et ait ioseph? aur. Nō erat īeis lignū mai? palmo. Nō forte notat in regū cuz dr ope quadro ad regulam. Et erat altitu/do eaz. xx. cubitoz scōm altitudinē infe/rioris cenacli. Sed q dicit ioseph? latitudinē earū. xx. cubitoz. videt falsum cē. q tāta erat latitudo tēpli. ergo ab oriente nō erat mur? Sed in regū ē determinatō vbi dr. Ostiū duplex erat et se inuicem te/nēs apiebat. Erat quippe latitudo muri x. cubitoz altrīsec?. et aptura in q erāt fo/res similiter. x. et ita in muro orientali al trinsec? supant. v. cubiti. In aptura vero erāt. iiij. fores. due extrinsec?. et due intrī secus. quaz vnaquēq; habebat latitudiez v. cubitoz. Et erāt sic artificōse ꝓponte vt clause q̄si ꝓtinuū parietē facerēt int? et ex tra. Apte sibi īmedio spissitudis muri ob uiabāt. et totā ei? latitudinē tegebāt. Et sic artificiose sibi adhærebāt. vt q̄n claude bant exteriores. claudebant et simul inte/riores. Null? eī in tēplo nocte remānebat qui clauderet eas interi?. Cūq; aperiebā tur exteriores. aperiebant ēt simul interi/ores. ꝓterea dictū est Ostiū duplex erat et se inuicem te/nens aperiebat. Porro īpariete oraculi fecit osti/ola de lignis oli uarum. et postes angulozū. v. vt in quinto anglo medio cardines affixi starēt circa quos ostiola mo uebantur. et erāt in ostiol' anagli pha cherubin et palme. Quidaz tamen dicūt po/stes anglozum. v. subaudi cubitoz erāt. In oraculo autē erat archa et propiciatoriū et cherubī que fe/cerāt moyses. Et erat altitu/do eaz. xx. cubitoz scōm altitudinē infe/rioris cenacli. Sed q dicit ioseph? lati/tudinē earū. xx. cubitoz. videt falsum cē. q tāta erat latitudo tēpli. ergo ab oriente nō erat mur? Sed in regū ē determinatō vbi dr. Ostiū duplex erat et se inuicem te/nēs apiebat. Erat quippe latitudo muri x. cubitoz altrīsec?. et aptura in q erāt fo/res similiter. x. et ita in muro orientali al trinsec? supant. v. cubiti. In aptura vero erāt. iiij. fores. due extrinsec?. et due intrī secus. quaz vnaquēq; habebat latitudiez v. cubitoz. Et erāt sic artificōse ꝓponte vt clause q̄si ꝓtinuū parietē facerēt int? et ex tra. Apte sibi īmedio spissitudis muri ob uiabāt. et totā ei? latitudinē tegebāt. Et sic artificiose sibi adhærebāt. vt q̄n claude bant exteriores. claudebant et simul inte/riores. Null? eī in tēplo nocte remānebat qui clauderet eas interi?. Cūq; aperiebā tur exteriores. aperiebant ēt simul interi/ores. ꝓterea dictū est Ostiū duplex erat et se inuicem te/nens aperiebat. Nota duplicem esse opinionem de ostijs illis. Dicunt enī qui dam in vtraq; parte introitus. qui erat de/cem cubitozū. ostium vnum fuisse. quorum vtrunq; habebat sibi coniunctuz ostium vt videmus in fenestris quibusdam. et tam ip sum q; annexum sibi erat. v. cubitorum. et ita et vtraq; pte erāt quasi value. quarum vtraq;. decez cubitos habebat. vt eis aperi/tis altrinsecus coope rirent latitudinem. vel potius spissitudi/nem muri. Et qua/si continu? paries mu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

erat moyses in deserto. ri apparebat. Quãdo vero claudebantur. replicabantur illa duo altera secus annera Alia opinio est vt altrinsecus in angulis ipius muri fuerũt duo ostia. ita q̃ quilibet quattuor angulor̃ suus haberet ostiũ vnũquodq; hoc cubitũ. et dum claudebãtur duo exteriora. arte quadam claudebãtur interiora. Utriq; istor̃ potest applicari litera. Planius tamen sequẽti.

De duob⁹ cherubin. C.XI.

Fecit autem salomon duos cherubin de lignis oliuarũ. x. cubitor̃ altitudinis. stantes sup pauimẽtum in lateribus arcẽ. et habentes pedes obliquatos. quasi ad deambulandum eleuatos ostros auro purissimo. habentes alas aureas. singulas. v. cubitor̃. quarum due extendebant̃ sup archã et obuiam sibi venientes iungebant̃ sup eam. tegentes sanctuarium infra se positum. Alias autem duas extendebãt altrinsecus ad parietes. ita vt ala vni⁹ tangeret parietẽ. ala aleri⁹ parietẽ alter̃. Porro extra parietẽ sancta posuit mẽsaz ad aquilonem. et candelabrũ ad austrum. Inter quem medium erat altare aureum quod fecerat moyses Et posuit alias decẽ mensas eiusdem scemaris. sed maioris quãtitatis. v. hinc. et. v. inde. Similiter est mensa vna hinc. vna inde. quam fecerat moyses Et posuit alias decẽ mensas eiusdem scemaris. sed maioris quãtitatis. v. hinc. et. v. inde. Inter hec autez posuit altare thimiamatis. et vestiuit illud cedro. quod etiam dicitur altere oraculi. id ẽ eam oraculo. Per hoc intelligitur fuisse aliud altare q̃ quod edificauit moyses. Illud enim erat de lignis sethim circumtectum ex omni parte auro. Illud autem vestitus erat cedro. Proinde intelligitur hoc altare fuisse de lapidibus quos ferrus non tetigit. et erat opertus per circumitũ tabulis cedrinis. Sed et ille operte erãt ex omni parte laminis aureis. cuius quãtitatem non memini me legisse. Illud vero medium altare quod fecit moyses in deserto forte repositum erat in sancta sanctorum. non ad vsus quotidianos thimiamaris. sed ad aliquos vsus singulares. quando semel in anno egrediebatur sacerdos cum sanguine. Hoc autem inde potest perpendi. quia dicit apostolus in sancta sanctorum fuisse aureum thuribulus. et hic erat ornatus templi interioribꝰ.

De porticu. Ca.XII.

In facie vero templi erat porticus. que in euangelio legitur vestibulum templi. habens columnas ereas in longitudine sui dispositas. ĩmedio quarum erant due mirabiliores ceteris positeante fores templi. habentes ĩ medio sui spacium decem cubitorum. secundum latitudinem porte templi. Quarum talis erat compositio. Stilus vel stipes columne. xviij. habebat cubitos alti/ xxx. v. cubitorũ altitudinis. nõ plalipomenon. nius sed valliculat⁹. habens in circumitu cannales caua tiones. quattuor digitorũ et erat fusilis. et linea duodecim cubitorũ ambiebat illum. Siquis vellet rotunditatem tangere. Uel forte in medio columne. linea fusili opere circumducta erat. Epistilium vero columne super quod locãdum erat capitellum. latius erat stipite et rotundum opere reticulato celatum. Capitellum aũt superpositũ epistilio fusile erat. et. v. cubitor̃ altitudinis et ĩ summa pte erat liliatũ. Latera vo ipsius ex omni pte in modũ retis ⁊ catenar̃ erãt pcta adeo artificiose vt retia et catene magis viderent̃ apposita q̃ insculpta vel q̃ solida nõ erãt pforata. vndiq; fusa sũt. vt cõtextiones retis formam exprimerẽt. Septena versuũ retacula erãt in capitello vno. i. vij. ordines. habentes eandem

celaturam. totum circũitum capitelli pergitum occupantes. vel ab inferiori parte capitelli vſq; ad ſuperemã erant iſti vij. ordines diſpoſiti aſcendendo. Super capitellum vero erat retiaculum regens eius ſummitatem. et deſcendens aliquantulũ ſuper latera capitelli in circũitu. In cuius extremitate dependebant in duobus ordinibus. cc. malogranata. In epiſtileo quoq; columne ſup qõ ſedebat capitellum dependebant malogranata. Legitur enĩ q; capitella erant ſup ſummitatẽ malogranatoꝝ. Eiuſdem ꝓpoſitõis erat colũna altera. De cõpoſitõne vero baſium nõ legitur. De due colũne ꝓpꝛijs nominibus vocabantur. tum ꝓpter ſui magnificentiam. tum ꝓpter futuroꝝ multam prefiguratõem. Dextera dicebat. Jachim. id eſt firmitas. Joſephus vocat eam thalamũ iachiz. Siniſtra dicta eſt booz vel bez qõ ſonat robur vel in roboze. De reliquis columnis veſtibuli modicum agit hyſtoria dicens. Capitella aũt que erãt ſup capita columnarum. quaſi ope lilij fabꝛicata erant in porticu. iiij. cubitoꝝ. et ruſſus alia capitella in ſummitate colũnarũ veſtu per iuxta meuſinã columne contra retiacula. Dozzo de ꝓpoſitõne colũnarũ tacet. Capitella vero eaꝝ minoꝛa dicit vno cubito pꝛioꝛibus capitellis. De ſcemate eorum tñ dicit q; erant liliata. et habebant retiacula ſuperpoſita. Quod aũt ſequit malozũ granatoꝝ. cc. oꝛdines erant in circũitu capitelli ſecundi. ambiguũ eſt vtrũ hoc dictũ ſit de capitellis minoꝛibꝰ. an de capitulando dictum ſit de capitellis pꝛioꝛibus. Has columnas fudit hyraz tyri? plenus ſapĩa ad faciendum omne opus ere ere. filius mulieris vidue de tribu neptalim patre vero tyrio. Sed et omnia vtenſilia templi erea ⁊ quicquid in eo de ere factum eſt. fudit hyram in campeſtri regione iozdanis in terra argilloſa. et inter ſochoꝛ ⁊ ſarthan. Nec te moueat q; aliquando de ere. aliqñ de auricalco dicunt facta. qõ idem eſt. cuius ſplendoꝛ et pulcritudo ſimilis erat auro vt dicit ioſeph? In hoc veſtibulum aſcendebat ab atrio ſacerdotum. xij gradibus ſecundum ioſephum. Quidam tamẽ dicunt. vij. ſecundum viſionem ezechielis. dicunt enim i multis concoꝛdare ꝓpoſitionem templi materialis. cũ compoſitione templi ſpiritualis. quod vidit ezechiel.

De cubiculis et cenaculis ebdomadariorum. Capũ. XIII.

EDificauit autez ſalomon in circũitu templi poſt veſtibulum. xxx. paruulas domus q; ſui copulatõne totum templi ſpacium exterinſecus ambiebant. Harum ſingule habebãt quinq; cubitos latitudinis. et tantundẽ longitudinis. et. xv. in altitudine. Ingreſſuſq; earum ita fecit ad inuicem. vt et alia ingrederetur ad aliã aliquo ſpacio interpoſito. Si eñ exterioꝛ longitudo templi fuit tantũ. lx. cubitoꝝ. et latitudo. xxx. tunc ambitus trium murozuꝝ habuit tñ. c. xl. cubitos ad quem ambiendum ſufficerẽt domũcle. xxviij qz. quinq̃es. xxviij. faciũt. cxl. Credẽdũ ẽ aũt q; ꝑdĉa quãtitas tẽpli fuit inter muros intrinſecꝰ. et muꝝ habuit. x. cubitos latitudinis. Ergo longitudo exterioꝛ fuit. lxx. cubitoꝝ. hinc z in de. latitudo occidentalis. xl. qui faciũt. c. lxx. Ad quos implendos neceſſarie eẽnt xxxvi. domuncule ſi cõtinue eſſent. Et ſuꝑ eas edificate erant alie equales eis ⁊ meſuris et numero. ita vt latera templi tria per circumitum tegerentur domunculis vſq; ad pꝛimum tabulatuz exterius. Reliqua vero pars templi ſupeꝛioꝛ circumedificata non erat. ſed libere videri poterat. Non fuerunt hę domuncule palatoꝛia vel exedre vt quidam putãt. de quibus poſtea dicemus. ſed fuerunt cubilia ⁊ cenacula ebdomadariozum et gazophilacia vaſozum et veſtium templi.

De atrio ſacerdotũ. C. XIIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Ædificauit atri
um interius tribus ordinib⁹ la/
pidum politorum ⁊ vno ordine ligni cedri. ℣ Porro plura fuerunt atria circa tẽ
plum vt in psalmo legitur Qui statis in
do.d.in a.d.d.n. De interiori tñ atrio mẽ
tio fit in regum de eodem. et de scõ tra/
ctat iosephus. Sed preter hec duo. etiaz
fuerunt alia duo. Igitur atrium interius
erat platea grandis ex omni parte circa tẽ
plum diffusa. per quadruũz pro foribꝰ tẽ/
pli ad orientem plurimum extendebatur
qbi erat altare ereum. et luteres. et ibi
ministrabant leuite ⁊ sacerdotes coã do
mino. Circa vtrumz latus templi non a/
deo diffusa erat. Ab occidente vero stricti/
or. Pauimentũ cui⁹ vario marmore stra
tum erat. et diuersis imaginib⁹ venusta/
tum. Hoc atrium cingebat murus breuis
in latitudine tantum trium cubitoꝝ. et e/
rat vnus cubitus lapidũ vnius coloris.
secundus lapidũ alterius coloris. et terci
us tercij coloris. Intus aũt erat vestitus
cedro. et positus erat murus per gyrum ĩ
extremitate huius atrij. vt ceteros a mini
stris ab ingressu atrij prohiberet. Ad hũc
se apodiabant psallentes. et conuersi ad
populum super hũc inclinati loquebant̃.
In eodem muro stabant columne equis
interuallis disposite. populum extra stan
tem ad legem sanctimonie premonentes
alie literis hebreis alie grecis. alie latinis
et ne in locum sanctum transirent prohi/
bentes. Hic ambitus muri ꝓprio nomĩe
vocabatur gion. latine ⁊o cãcellus. Vnũ
solum habebat introitũ ab oriente contra
portam templi. habens apturam .xxv. cu
bitoꝝ sine foribus. vsqz ad hũc introituz
accedebãt viri ⁊ mulieres deferentes ob/
laciões suas ad ministros sibi occurrẽtes.
Nec licebat eis nisi in quibusdam casib⁹
vlteri⁹ transire. et ascendebãt ad ipm per
xiij. grad⁹. Hoc atriũ dicebat̃ atriũ inte
rius vel atriũ sacerdotũ. qõ qz etiã illi qui
erant aaronite. sed ꝓter maculaz aliquã
offerre nõ poterãt. nõ intrabãt. licet de pa
tribus sacrificioꝝ alerentur.

De atrio mundoꝝ. Ca. XV.

Post illud atriuz
et infra ipm in declui latere mõ
tis positũ erat secundum atriũ qõ diceba
tur sanctum. qõ iosephus vocat aulã vel
basilicam grandem. Erat aũt diffusum
per circũitũ circa atriũ interius. longe tñ
maius eo. et pauimentũ cum vario mar/
more. Erat quoqz circũseptum muro ĩ al
titudine .xxv. cubitoꝝ interius. exteri⁹ ve/
ro altitudinis .xl. cubitoꝝ scõm declinita/
tem collis. Et licet sic altus esset. non a sẽ
debat tñ vsqz ad fabricam templi. nec ip̃i
us aspectũ prohibebat. Erat autẽ murus
iste ad occidentem simplex et nullam ha/
bens portã. In vtroqz vero latere ⁊ i fron
te orientali habebat porticus circumiacen/
tes instar claustri monachoꝝ. in quib⁹
erant columne singuloꝝ lapides diuersi
coloris cum basib⁹ argenteis. Camereve
ro porticuũ ⁊ laquearia cedrina erãt. La/
titudo vero porticus .xxx. cubitoꝝ. In late
re meridiano erãt .iiij. porte duplices val
uas habentes. que laminis aureis et ar/
genteis miro ope decorate erant. Eiusdẽ
numeri ⁊ eiusdem scematis erant porte ĩ
latere septentrionali. In his sedebant ia
nitores vt arcerẽt immundos ab introitu
huius atrij. Porro in orientali fronte e/
rat porta que speciosa dicebatur. habens
valuas de ere chorinteo factas. In angul⁹
huius frontis erant due porte modice. p
quas ascendebãt mulieres ad offerendum
Ad forte ministri descendebant in occur/
sum earum. ibi ad suscipiendas earuz ob
lacões Per has portas quas diximus a/
scendebant vndequaqz viri mundi ĩ atri/
um secundum. ut orarent sub diuo tẽpo/
re serenitatis. sub porticib⁹ tpe tempesta
tis. In platea huius atrij orientalis ven
debant̃ animalia et volucres ad offerẽdũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

et mēse numulariorꝫ stabāt ibi. quas euertit dñs. In porticibꝫ aūt circa portas stabant gazophilatia diuersi generis ad recipiendas oblationes ingredientiuꝫ. In porticibꝫ laterū erāt pastoforia. loca separata ad comedendum. in quibꝫ sacrificātes de pnbꝫ sacrificiorꝫ que eos ꝓtingebāt vescebanꝫ coꝝ dño. Qui dā tñ volūt ꝙ ibi tm̄ aforis venientes a finibus israel comedebant. et ob hoc dici pastoforia. In eisdē porticibꝫ erāt cathedre ⁊ sinedre ⁊ exedre. id est tria genera sediliuꝫ ut ait isidorus. In cathedris sedebāt doctores in ginnasio. In sinedris sedebāt auditores in consistorio. Et dicebanꝫ sinedre. q. consessus In exedris aūt sedebāt assessores cū iudice qñ secretius aliquid tractabāt. q. in locutorio. Et dicebanꝫ exedre. q. assessus. licet exedra sepius ponaꝫ ꝓ thalamo. Hoc atriū scōm sepe in euangelio dr templuꝫ. vbi dr. ꝙ oues ⁊ aīalia vendedanꝫ in templo. et ꝙ ihūs docebat in tēplo. et ꝙ filij israhel orabāt in templo. ⁊c i hūc modū.

De atrio mulierum. Ca. XVI.

Porro sub hoc atrio erat atrium terciū similiter ī declui latere mōtis positū. eiusdem cōpositōis cū scdo et si nō tāte venustatis. nec tam pretiosi ornatus In hoc orabant mulieres munde tantum.

De atrio immundoꝝ. C. XVII.

Infra illud atrium erat ⁊ quartum. in quo orabāt viri immūdi ⁊ mulieres. ⁊ gentiles. cuius murꝰ exterior in radice collis positus erat. et ascēdebāt. cccc. cubitis vsqꝫ ad verticem rantū collis. in quo situ erat templum. ⁊ ita muri atriorum in nullo prohibebant aspectū templi. neceorꝫ qui ministrabāt in atrio īteriori.

De altari ⁊ mari eneo C. XVIII.

Porro in atrio interiori erat altare ereum. factuꝫ ex lapidibus impolitis circumtectuꝫ ex omni parte ere. longe maioris quantitatis ꝙ illud portatile qđ factum fuit in deſto .xx. cubitorum longitudinis et totidem altitudinis. et .x. latitudinis. et erat sub eo fouea grandis. in quā per foramē in medio altaris positum cineres defluebant. ⁊ sanguis qui ad crepidinem altaris fundebatur influebat in eam. Quandoqꝫ ꝺo mūdabatur fouea per fenestram que erat ad orientem. Altare ꝺo qđ fecerat moyses ꝓpter reuerentiam sui in aliqua parte atrij reseruatum est. Quod quidam tradunt ibi ꝓmansisse vsqꝫ ad euersionem templi factā per romanos. Imo etiā postea cum gentiles habitauerūt in iherusalem fecerunt ex eo horologium sibi. De loco vero hui? altaris ⁊ quomodo imolantes ad latus ei? imolarunt coram dño supra satis dictuꝫ est. Porro in eodem atrio posuit salomon mare eneum fusile. quod nos lauatorium dicere possumus. vt in eo sacerdotes ministraturi abluerent pedes et manus. Quod ioſephus vocat cantaruꝫ ingentem in scemate emisperij factum. cui? latitudo .x. cubitorꝫ erat per diametrꝫ a labio vsqꝫ ad labiuꝫ. Altitudo vero erat quinqꝫ cubitorꝫ a labio scilicet vsqꝫ ad funduꝫ. spissitudo vero erat. iij. digitorꝫ. In superiori parte adeo latum erat. ꝙ reſticula. xxx. cubitorū cingebant illud per circūitum sed paulatim in descensu angustius fiebat. adeo vt circa fundum reſticula .x. cubitorū ambirent illud. Supremum eius labiuꝫ repansum erat ad modum lilij. In lateribꝫ aūt eius extrinsecus duo ordines erāt sculptarum hystoriarum. id est hystorias aliquas habentium. Capiebat autem duo milia batos. id est tria milia metretas. Batos enim capit metretam ⁊ dimidiū.

Idez linea diametralitter a labio ad oppositum labium protensa .x. cubitos habebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et est batus mensura trium modiorum eiusdem capacitatis cuius & ephi. Sed et batus est mensura liquidorum. ephi vero aridorum. Porro basis super quā stabat habebat. xij. boues eneos & fusiles. e quibus tres respiciebant ad aquilonem. tres ad occidentem. tres ad meridiē. tres ad orientem. quorum anteriora tantum prominebant sub mari. posteriora vero intus latitabant.

De luteribus. Ca. XIX.

Fecit quoq; salomon decem luteres eneos et fusiles. altitudinis. viij. cubitorum. Erat autem in summitate luteris os recuruatum interius. et adeo angustum. vt vnius cubiti esset eius latitudo. Fundus vero eiusdē erat latitudinis cubiti et dimidij iuxta quantitatē basis supra quā sedebant. Quadraginta batos capiebat luterorius. In eis abluebantur interiora et pedes offerentes holocaustorum. et erāt omnes eiusdem factura sicut & bases quibus insidebant. Erat autem basis in inferiori pte ī lōgitudīe & latitudīe hās. iiij. cubitos per quadrū. in altitudine vero trium cubitorum. Et ascendendo paulatim angustata vsq; ad cubitum et dimidium iuxta quantitatem fundi ipius luteris. Eratq; ꝓposita ex. iiij. tabulis quibus quadra erat superposita quadrata. et ex omni parte aliquantulū excedens summitates aliarum. habens in medio sui eminentez cōcauitatē rotundam. in qua sedebat luter. Ipm opus basis interrasile erat. et in iūcturis tabularum per quattuor angulos erant sculpture eminentes ad moduz columnarum. quas quidam dicunt vocari media inter columna patara. Tamē quidam legūt ibi media intercolumna quadrata. vocantes columnā mediā tabulaz inter. iiij. tabulas superpositā. Latera vo basis a media parte supra insculptas habebāt coronulas et plectras. & in medio earum leones & boues. et cherubin et super colla leonuz et boum. et subter erant loza ex ere pendentia quibus ligari videbantur

Plectra vel corona facta de floribus vel arboribus vt fit de lauro mirto.

In summitate vero quattuor columnaz angulariū erāt humeri expansi in similitudine manus humane & pedis aquilini super quos tabula ferens luterem ita erat coaptata. vt naturaliter infra videret. Et habebant ille colūne ꝓprias celaturas. homines arbores & aues. Porro altera media pars basis que erat circa terraz. habebat per girum rotas eminētes cubiti & dimidij. et que in rota fieri solent axes & radios creatos et modiolos. oīa fusilia. Et circa eas posite erāt varie celature. Et hec oīa adeo fabrefacta erāt. vt nō celata sed quasi apposita per circūitum viderent. et basis quasi rotis circūstantibus vehi videbatur. Una erat fusura et mensura & sculptura. x. basium & luterum. De sculptura tū luterū nihil memini me legisse. Porrō quinq; in atrio templi steterunt ad dexteram. et. v. ad sinistram ad hūc vsum. Lauabīnt prius lauabāt membra hostiarum in piscina ꝓpatica. et lota tradebāt sacerdotibus. qui ne quid interiz eis sordis adhæsisset. luteribus ea immergebāt. vt resincerata superponerent altari. Porro lauatoria hec in hūc modū posita erāt. ut ingredientibus atriū sacerdotale. primo occurrebat ad meridiē mare eneū ad abluendas manus. postea ꝓgredientibus occurrebant decē luteres ad intinguenda membra hostiarum. sursumq; progredientibus occurrebat altare eneum. similiter ad meridiem positisq; hostijs super altare redibant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

sacerdotes offerentes ad mare eneum. et abluebant ibi pedes et manus. vt sic ho/ri consummarent sacrificia. id est intrarēt templū cum prunis ⁊ thimiamate ad ado/lendum illud super altare in odorē dño.

De vasis altaris. Ca. XX.

VTensilia vero al/taris enei fecit hyram et ere lebe/tes ad suscipiendos cineres ⁊ prunas alta/ris. ollas quoq; et caldarias ad coquēdas carnes. et hamulas. id ē fuscinulas ad ex/trahendas carnes vel disponendas. et ar/pagiones. id est furcas ad ꝓponēdū ignē et membra hostiarum desuper disponen/da. et scutras vasa scz equalis amplitudi/nis in ore et fundo ad calefaciendum Jo/sephus addit et trullas. forte ad congre/gandos cineres vel eruendos. ad verrē/dum pauimentū. Porro vtensilia tēpli aurea erant vel argentea. Vtensilia cāde/labrorum aurea erant. de quibꝫ in exodo legitur. Numerum vero vtensilium que fecit salomon tempore procedente ponit iosephus. mensas scz super quas iacebāt fiale et patere. et mortariola. ⁊ patene ad offerendam similam. et crateres in quib⁹ simila cum oleo miscebātur. et assarones in quibus libamina mensurabant. Thu/ribula quoq; cū quibꝫ ferebatur thimia/ma. et alia thuribula in quibus ferebatur ignis a maiori altari ad minus. Hec oīa obtulit salomon aurea. et alia similiter ar/gentea. sed in duplum. Quorū numerū scīm iosephum ponere timui. ne incredi/bilis videretur. ꝑsertim cū viciū scriptoꝝ circa numeros plurimum inueniatur.

De edificatōne templi. C. XXI.

ANno igitur iiij. regni salomonis scō mense fun/data est domus domini. et in anno. xi. mē/se ebul. id est octobri. consummata est in omni opere suo et in vniuersis vtensili/bus que in imminenti erant necessaria.

Post dedicatōem enim plura fuerunt fa/bricata ⁊ superaddita. Et edificauit eam septē annis. et. vij mensibus Et conuoca/uit salomon in anno. xi. maiores natu is/rahel. et principes tribuū. et duces fami/liarum ad dedicatōem templi. et ad offe/rendam archam in illud. Et conuenerūt omnes mense. vij. i. vij. lunatione que in/trauerat octobrem. Et erat dies solennis decimus scz dies quo fiebat expiatō. Po/test tñ dici templum in septēbri dedicatū quia totus fere solennis est rege accelerā/te. et post dedicatōem fecisse aliqua vten/silia. que deerant mense octauo. et sic vtrū/q; verū est. qz mense octauo perfecta est do/mus in omni opere et vtensilibus. et ta/men mense. vij. dedicata est. Et tulerunt sacerdotes ⁊ leuite de ciuitate dauid arch/am domini. et omnia vasa eius. et vos in/bilantium vt ait iosephus a longe remo/tis audiebatur. Rex vero et vniuersa mul/titudo gradiebantur. alias gratulabant ante archam. et immolabant hostias absq; estimatōe ⁊ numero. et aromatum fumꝰ a longe positis sentiebat. Et intulerūt sa/cerdotes archaz dñi in locū suū et in ora/culum subter alas cherubin. quibꝫ quasi quodaz ciburneo tegebatur. Capita qui/dem vectiū super humeros portātiū a po/pulo retro posito videbātur. donec archa reposita retracti sunt a visibꝫ hoīm i sem/piternū. Archa vo tecta erat ne videret. In archa aūt nihil aliud erat nisi due ta/bule testamenti lapidee. Supplendum ē aūt et vrna aurea plena mana. ⁊ virga aa/ron. Hec enī testat apostolus fuisse in ea Factū est aūt cū exisset sacerdotes de ora/culo. et dicerent Confitemini dño quoni/am bonus quo/niam in seculū misericordia ei? Quando dauid ītro/duxit archam. cāraue/nebula impleuit runt alium psalmū. domum domini Confitemini dño ⁊ i/uocate nomen eius. non metuenda. sed tēpata ⁊ fulgens. et obūbrauit facies

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

sacerdotum.ita vt se inuicem videre non possent nec ministrare. Et ait salomon. Dixit dñs vt habitaret in nebula. Nusq̄ legitur dñs hoc dixisse. Sed q̄ in monte syna apparuit in nebula. & precessit israel in nube. & ante moysen positum in cauerna petre trāsiuit in nebula. ideo salomon posuit dictū pro opere. Et est sensus. Dixit dñs id est opere monstrauit. Subijt aūt omnes quedā opinio fantastica. dominū localiter descendisse in templū. quā amouit salomon dicens. Nouimus dñe quia fabricasti tibi domū perpetuam celū & terram simul & mare. Et flexu vtroq̄ genu i terram cozā omni ecclesia vtrancq̄ manū leuauit ad dñm supplicans pro peccatis. vel gratias agens de promissione dñi impleta. qui promiserat dauid domum sibi edificandam p manuz filij eius. Orauit quoq̄ vt quicunq̄ iudeus vel gētilis ascenderet ad hanc domū supplicans p peccatis vel clamans ad dñm p aliqua tribulatione. exaudiretur a dño in his q̄ iuste postularet. Et surgens ab oratione stans benedixit vniuerso populo. & dedicatū est templū cū vtensilibus suis die illa. Et deinceps in eadē die quartū fiebat festū scz festum dedicationis. In eadem enim die erant tria alia festa. festū scz ppiationis afflictionis & expiationis. Nec te moueat q̄ diximus eū flexisse genua sup terrā. cū in paralipomenon dicatur. q̄ fecerit salomon basim eneam. iiij. cubitis altā. quaz posuit in medio basilice. & stans sup eam benedixit populo. Potuit enī vtrunq̄ fecisse. Vel si pro eodem accipiatur. intelligendum est eum flexisse genua super terrā. id est super locum in quo stabat. Et immolauit salomon hostias pacificas. xxij. milia boum. et ouiū. c. xx. milia. Et quia altare eneū ad susci piēda holocausta et adipes pacificorum minus erat. sanctificauit Legitur in paralipomenon ignis de celo descendisse. et deuorasse oblata.

rex medium atrij interioris. vt sup illō crematentur que super altare cremari nō poterant. Fecit q̄ salomon festiuitatē dedicationis et omnis israhel cum eo. xiij diebus Nō sic intelligendum est. Quinq̄ diebus continuis celebrata est dedicatio. In vij. vero die q̄ fuit quītadecia mensis occurrit cenopegia que interposita est. vij. diebus. Qua terminata. iterum celebrata ē dedicatio per duos dies qui intermissi fuerant. et in die octauo. i. post duos dies se prenarios dimisit rex pplm. Vel dedicatio continuis. vij. diebus facta est. et post xvij. die inchoata est cenopegia & terminata in vicesima tercia. et in octaua cenopegie post collectum dimisit populum. Et apparuit dñs scdo salomoni per somnium dicens. Exaudiui oratione tuam. sanctificaui domum hanc et erunt oculi mei cunctis diebus sup eā et sup te & super populum israhel. si custodieritis mandata que ꝓposui vobis. Alioquin auferam vos de terra quam dedi vobis. et templū hoc proiciam a conspectu meo. et erit eruminne vestre fabule narrantium.

De domo saltus. C. XXII.

Actum est autē post fabricam templi cepit salomon construere edificium domorum regalium qd. xiij. annis vix impleuit. Non enim circa eas adeo feruens erat studium populi sicut circa templum. sed nec ad eas opulentia fuerat ei preparata a patre. Fecit āt tres domus. domum sibi. et domum vxori sue filie pharaonis. et domum saltus. De domo regis hoc solum dicitur i regū Domum suam edificauit salomon. xiij. annis. et ad perfectum vsq̄ pduxit. & paulo post porticum etiam solij in qua tribunal fecit. Et vocauit porticū ipam domum in qua erat solium. et tribunal. Solū autez est regis tribunal iudicis Et erat in eadem domuncula i qua sedebatur ad iudicandum. i. in q̄ cū assessoribz tractabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

de sua. De hui⁹ dom⁹ ꝓpositõe tacet liber regũ. forteq; eadem erat. q̃ & in domo saltus. quã plenius describit. De domo regine dicitur in regũ. q; eam tali ope fecit. q̃i & domũ regiam. Porro domus salt⁹ duplex erat. & ex duplici materia. Pars inferior erat lapidea. & vocabatur nephtora. i. pigmentaria. in qua reponebãtur aromata & pigmenta ad vsus templi & dom⁹ regie. vt ex beneficio terre & muri diu durarent quasi recẽtia. Superior pars dom⁹ lignea erat de lignis libani facta. vnde et dicta est domus saltus. vel dom⁹ libani. vel domus saltus libani. Quidam tamẽ putant eam ob hoc sic vocatam. q; circunquaq; cõsita erat ex arboribꝰ et viridarijs et mire recreatiõis iuxta densitatem salt⁹ libani. In ea reponebantur arma. vt bñficio ligni rubiginem nõ sentirent. nec solum arma ad pugnandum. sed et ad decorem et ad ostentatiõem regi facta. Fec̃ enĩ rex salomõ. cc. scuta aurea. et. dc. sicli erãt ĩ vnoquoq; scuto. In paralipomenon legitur de totidẽ lanceis aureis. Fecit quoq; ducentas peltas aureas. quarum quedam rotunde erãt. alie instar semicicli facte. His vtebantur custodes regis añ ostium domus excubantes. Etiam quando rex egrediebatur precedebant eum equitantes & ferentes huiusmodi arma. iuuenes flaui. et vsq; in equoꝝ sessionẽ diffundentes cesariem. comis suis adijcientes auri tincturam. vt eorum capita sole percussa radiarent. Hos sequebatur rex vectus in curru. et ad locum quendam solitus erat exire. qui ab ibero solimis abest duobus funiculis. et vocabatur ort⁹ eden id est deliciarum. Porro pars illa superior que vocabatur domus saltus. habebat longitudinem. c. cubitorum. et ĩ latitudine. l. et in altitudine. xxx. cuius camera tota vestiebatur tabulis cedrinis. Sustentabatur vero tribus ordinibus columnaꝝ Unusquisq; ordo habebat columnas. xv. e regione se respicientes & pari modo a se distãtes. et ita inter miros et tres ordines columnarum erant. iij. deambulantia. Porro foribus autem domus fecit porticũ columnarum. l. cubitoꝝ longitudinis. et xxx. latitudinis. De compositione inferioris partis domus lapidee tacet liber regũ forte quia eiusdem compositiõis erat cuius et superior.

De basilica & domo regia. C. XXIIII.

In Regione stabat domus regia grandi interiacente viridario eiusdem longitudinis latitudinis. et altitudinis. et similiter interculumnata. Cerunt amen simplex erat & vinius mãsionis murus cui⁹ altitudo quatuor habebat distinctiones. quarum tres diuersis variabantur coloribꝰ. quarta vero superior celaturis erat ornata. Erãt ibi arbores sculpte diuersi generis. ramis. foliis. et pomis obumbrate. ita vt ꝓter miraculum subtilitatis agitari quodammodo putarentur. In medio totius amplitudinis erat domuncula. habens latitudinem. xxx. cubitorum. et in ea erat solium ualidis columnis extensum. in qua rex sedens iudicia proferebat. In posteriori frõte domus. laquearia et parietes vestiti erant auro. vbi fecit rex thronum de ebore grandem. et vestiuit eum auro. cui⁹ ascensus facilis erat per. vi. gradus. et de marmore porphirio factus. xij. leunculi stabant super. vi. gradus hinc & inde. Reclinatorii throni posterior rotunda erat. sedens super vitulum respicientez. & due manus hinc et inde tenebant eum. & duo leones stabãt iuxta manus singulas. Hõ fuit tale opus in vniuersis regnis. Fecit et circa domum reliqua habitacula & sedilia. Ubi post causas explicatas residebãt. strata omnia ex marmore & tabulis cedrinis. Fecit quoq; domum regine in latere descendentem. marmore cedro auro & argẽteo opulentissime decoratam Fecit & vtensilia vtriusq; dom⁹ preclara.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Hecnō ⁊ vasa quecūq; sunt epu'oportūa
oia ex auro fecit. Perfecit itaq; salomon.
xx.ānis templū. ⁊ domos regias. cū om
ni supellectili sua. hyram regi thiri p̄sen
te sibi auxilium in lignis ⁊ auro.

De oppidis doris hyrā. C.XXIIII

Dunc dedit salo
mon hyram. xx. opida ī terra ga
lilee. in sorte nepthalim maritima. Q̄z nō
placuerūt regi thyrio licet a tyro nō ꝓcul
essent posite. ⁊ appellauit eā terrā cabul q̄
lingua phœnicū sonat displicere. ⁊ primū
terra illa vocata est galilea gentiū. nōn q̄d
ibi gentes habitarēt. sed q̄ sub ditione re
gis gētilis erat. Refert iosephus menan
drum phœnicē hystoriographū scripsisse
q̄ salomon ⁊ hyrā mutuo sibi scripserunt
enigmata ⁊ figuras. q̄ qui solueret certaz
daret alteri pensionē. Cumq; arrasset hy
ram in solutōe sudabat thyriū inuenē ab
demiū abdemonis filiū qui oēia de facili
explicabat.

De opibꝫ salomonis. Ca.XXV.

Oro conuertit
animū salomon ad muros ciui
tatis ꝑstruēdos quos miro robore ampli
auit. Alias quoq; regias q̄ ad hierosoli
mam ducerent. nigro lapide strauit. In
pluribꝫ vero locis ruinas ciuitatū repara
uit. Sed ⁊ nouas ciuitates ꝑ opportunita
te locorū fundauit. quasdaz ꝓtra hyemis
intemperiē. quasdā aduersus caumā estiꝫ
uum. quasdā ꝓtra veris ⁊ autūni mutabi
litatem. In terminis vero terre edificauit
vrbes tabernaculorū imo vltra fines ter
re ꝑmissionis ꝑ plurimas vrbes occupa
vit. socro suo pharaone rege egipti ei pre
bente auxiliū. Qui vrait iosephus vltī?
regū egipti dict? est pharao. q̄d interpre
tatur regnans. Qui cū admiraret opera
salomonis. precipue commendabat do
mū saltus. ⁊ sacrificia frequētia leuitarū
circa ea. Porro de filiꝫ israel nullū fecit
salomon seruū. sed erant viri bellatores ⁊
ministri ei?. et quibꝫ erant sup̄ oīa opera
salomonis p̄positi. cccc.l. Chananeos au
tem de mōte libani vsq; ad ciuitatē ama
chī fecit sibi seruos tributarios. Classem
quoq; fecit rex salomon in insula quadaz
egiptiaca rubri maris que dicit asyonga
bris. et nauigabant cum suis salomonis
viri nautici de tyro. que tūc insula erat. et
deferebant de ophir aurū multū. et circū
euntes indiam ⁊ siciliam. post elapsuz tri
enniū referebant salomoni aurū. cccc. ⁊
xx. talentoꝫ. et argentū. et dentes elephā
toꝫ. et simeas et pauos. et gemmas et li
gna thina mīra nimis. que erāt de lignis
serbim. et odorifera. de quibus fecit rex sa
lomō fulcra ⁊ sedilia domus dñi et dom?
regie. et cytharas et liras cantoribꝫ. nam
cynara et nabla ex electro cōstituit. Qua
si nullius p̄cij erat argentū in diebꝫ ei?
nam et sedilia p̄o foribꝫ domoꝫ plurima
in hierusalem argentea erant. Sed et li
gna cedrina. quasi sicomori ligna abūda
bant in ea.

De regina Saba. Ca. XXVI.

Dhorum incre
dibilem opinionez regina saba
excitata. venit tentare eum in enigma
tibus. Et ingressa est in hierusalem cū co
mitatu multo et diuitijs inestimabilibus
Est aūt saba quandoq; nomē regionum.
sed hic est ciuitas regalis ethiopie. Qui?
nominis significatōes apō hebreos distī
guūtur per apices literarū sin et samech.
Erodotus dicit. post mineum qui men
phym condidit. reges egipti dictos fuisse
pharaones. quod sonat regnantes. Qui
bus successit nichaula regina egipti ⁊ eti
opie. quā putat iosephus venisse ad salo
monē. Que ingressa ad eum locuta est
vniuersa que habebat ī corde suo. Nec fu
it ſmo qui regē lateret. sed docuit eā in oī
bus his que ꝓposuerat. Et ammirās non
habebat vltra spiritū. dicens famā regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

minorē esse veritate. Veruntamen tria p̄ ceteris admirabatur. domū saltus. et sup̄a templi fabricam ordinem quoq; et frequentiam ministrantium in templo. Tertiū vero ordinem. et distinctōem fuientium regi in mensa. Haz et pincerne similiter cultu ⁊ distincto ab alijs ornabātur. similiter et panum latores ⁊ dapiferi. vt in tanta multitudine ministrorum null? dubitaret quis cuius rei ministerio fungeretur. Dedit aūt regina munera. c. xx. talenta auri. et gemmas preciosas ⁊ aromata. quanta ⁊ qualia non fuerant visa ī ihrusalem. Dicit etiam iosephus eā dedisse regi radicem balsami. vnde propagate sunt in engaddi vinee balsamite. Cui etiā salomon multa.

Quaz postea deopatra abstulit pessima regina egipti.

redonauit nihilq; fuit q̄ postulanti non preberet. Que regina gratis suscipiēs ad propria reneauit. Tradūt quidam eā rescripsisse salomoni. q̄p̄ presentialiter ei dicere timuit se vidisse. s. quoddā lignum ī domo saltus. in quo suspendēd? erat quidam pro cuius morte regnum iudeorum periret. et certis indicijs illud regi indicauit. Dō timens salomon in profundissimis terre visceribus occultauit illō. Pro cuius virtute aqua mota sanauit egrotos. quod tamen in libris suis negāt se habere hebrei. Sed quomodo circa tp̄a xp̄i in probatica piscina supenatauerit incertum est. et creditur fuisse hoc lignum crucis dominice.

De aduersarijs salomonis.

C .XXVII.

Procedēte vero tpe amauit rex salomon mlieres alienigenas ꝯ legē ⁊ posuit maculā in gloria sua. et scisma in genere suo. Fuerūtq; ei vxores regine. q. septingente. Joseph? tamē dicit. lxx. et pcubine. ccc. que auerterunt coz eius cū iam senex esset. et securus est deos alienos ne delicias suas cōtristaret Et edificauit in excelsis circa ihrusalē tria fana idolox. vnū astarde dee sidoniorum que iuno dr. Deom chamas ydolo moabitarū. Tertiū moloch idolo amonitarū. cuius fanū fratuit in mōte oliueti et regione templi. qd̄ plurimū deo displicuit. Unde et postea dictus est locus ille locus offensionis. Venit ḡ ad eum p̄p̄heta missus a deo nathan vel alius dicēs Hec dicit dñs. Quia scidisti pactū meū scidā regnū tuū. et dabo illud fuo tuo. non tamen totū sed tribū vnam. i. tribū iuda dabo filio tuo. Propter dauid fuum meuz p̄p̄ter quē etiam non faciā hec in diebo tuis. Porro cum vixisset salomon in summa pace. circa finem vite suscitauit ei dominus aduersarium adad ydumeum de semine regio. qui in tempestate illa quando deseuit ioab in idumeos puer fugit in egiptum. cui postea rex egipti dedit vxorem sororem vroris sue. que peperit ei filium ienebath. Cūq; audisset adad dauid et ioab mortuos esse. et salomonē infamatum. egressus de egipto infestabat israhel Suscitauitq; ei dñs alium aduersarium zaron p̄cipē latronū in damasco. Jeroboam quoq; filius nabath effrateus de sareda fuiens salomoni. leuauit ꝯ regē manum suā hoc modo. Salomon edificauit mello muros a radice vraginis extollēs vt coequaret eos ciuitati dauid. videnscz salomon ieroboam bone indolis ⁊ in ouibus strium. fratuit ei prefectum opis. et deinde constituit eum super vectigalia vniuerse domus ioseph. Quadam die duz egrederetur ieroboam de ihrusalem. inuenit eum in via achias p̄p̄heta silonites operatus pallio nouo. quod scidit in. xij. p̄tes. et ait ad ieroboam. Tolle tibi. x. scissuras Hec enim dicit dominus. Dabo tibi decem tribus. et eris rex super israel. filio autem salomonis dabo vnam. vt remaneat lucerna dauid coz me in ihr̄m. quaz elegi vt esset nomē meū ibi, Quo audito iero-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

boam in tumescẽs suadebat populo vt re
cederet a salomõe. Quamobrem salomõ
voluit eum interficere. Tunc ieroboaz fu
git in egiptum ad susac regez egipti vsq
ad mortẽ salomonis. Reliqua vero ver
borum salomonis et omnia que fecit. scri
pta sunt in libro verborum. vel in libro di
erum salomonis

Hunc librũ qui dam estimant eẽ paralipomenon sed quia necẽ eo scripta sunt reliq opera salomõis vtrius putãduz est hunc librũ nõ superesse. Dor
miuitq salomõ cum patribꝫ suis et sepultus est in ciuitate dauid cum regnasset in iherusalem super

Nota q̃ de pluribus libris mentio fit in sacra scriptura qui non supersunt. sic liber bel
lorum domini. de quo in numeri. similiter for
te liber verborum de quo hic et sepius agit non supereſt. Quidã tamen volunt figura
ri paralipomenõ qui dicitur residuorum. q̃
quod minus in veteris testamẽti libris dictũ est ibi suppleꝫ.

omnem israhel. xl. annis. Queritur autẽ qua ratione dicatur salomon senex fuisse cum modicum ultra. l. annos vixisse lega
tur. Roboam enim mortuo patre. xl. a vi
nus anni erat. quem salomon cuz. xi. an
nor esset genuisse perhibetur. Plenius q̃
super hunc locũ dicit iosephus ita. Mor
tuus est salomon valde longeuus. qui re
gnauit annis. lxx. Vixit autẽ. xciij. ãnis
sed dina scriptura eos tantum annos ex
primit. quibus regnauit anteqz prevari
caretur. In diebus salomonis fuit rex se
xtus latinor siluius alba siluij enee filij.

De roboam et diuisione regni.
Capi. XXVIII.

POst mortem sa
lomonis successit ei roboam. et
erat mater eius naama amanitis. Por
ro ieroboam audita morte salomonis re
uersus est de egipto. et venit in sichem ad
roboã cũ omni multitudine israel que vo
cauerat eũ. Cumqz vellent roboã constitu
ere regẽ dixerũt ad eũ. Imminue paulu
lum de graui iugo quod imposuit nobis
pater tuus. et seruiemus tibi. Nec ẽ intelligẽ
dum de iugo tributi. sed vectigalium im
pensas quibus preerat achimaas sub sa
lomon. Qui respõdit. Ite et redite ad me
in diem tercium. Interim psoluit senes
sadoch. scz et banaiam et ioiadam. et reli
quos principes salomonis. Qui dixerũt
Si hodie audieris eos. leniter eis loquẽs
seruient tibi in eternũ. Post hec consulu
it adolescentes non etate tm̃ sed moribus
Qui dixerũt. Imperiose loquere populo
et ꝓminando. et timentes fuient tibi. Et
redeunte pplo in tercium die dixit ad eos
Digitus meus minimus grossior est hu
mero patris mei. Pater meus cecidit vos
flagellis. ego cedaz vos scorpionibꝫ. q. d.
ego sum potentior patre. et maiora facia
super vos. Est aũt scorpio rubus aculeat
vel flagellum nodosum. vel scutica
habẽs in summitate glandes plumbeas
et indignatus pplus ait. Que nobis ps i
dauid. vel que hereditas in filio isai. q. d.
Quecz tribꝫ portionẽ suã hereditariã ha
bet a dño que necessitas ẽ vt ex vna eligã
tur qui regat alias. Quecz tribꝫ regat he
reditatem suam. Et recesserunt. x. tribus
ab eo. Ipse vero misit post eos aduram.
qui erat super tributa. et lapidauerunt eũ
Tunc timens roboam fugit in iherusalẽ.
Decem vero tribus constituerũt ieobo
am regem super se. iudas vero et beniamĩ
secute sunt roboam. et fuerũt cuz eis lem
te ꝓter templum quod erat in iherusalez
et tunc separata ẽ monarchia regni hebre
orum in duo regna. nec amplius ad vni
tatem rediit. Et victuz est regnuz. x. tribu
um israel pro multitudine sui. nomẽ iacob
patris sui sibi refutans. Dictũ est et effra
ym. q̃ ieroboam qui de effraym primus
eis imperauit. quasi tunc primum imple
ta esset benedictio super effraym. Alteꝫ ro
regnũ dictũ est regnũ iuda ob dignitatez

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

tribus regie. De vtroq; regno prosequit hystoria quasi modo interscalari. Et incisiue. nunc de hoc loquitur. nunc de illo. Q̃ diligẽs lector de facili deprehendet.

De ieroboã ⁊ abdo ⁊ virlo. C. XXIX

ioſaphat ioram filius achab regnauerit. Hec cõtrarietas ſic ſoluī poteſt. Duo anni quibꝫ regnare dr ochozias illi ſunt quibus ſolus & incolumis ante cẽ per cãcellos dom⁹ ſue cotuiſſet regnauit. Reliquis octo vel nouẽ annis quibꝫ eo languẽte frater eius ioꝛã adminiſtratõnem regni agebat. nõ ſibi ſed fratri reputantur. Unde i xviij. ãno regni ioſaphat regnaſſe ſcribit ioꝛã. qz tũc regni adminiſtratõem pro fratre qui languebat ſuſcepit. Scriptura vero que dicit q ioꝛã filius achab ãno ſcõo ioꝛã filij ioſaphat regnauerit. tps quo ſolus defuncto iam fratre regnare cepit attẽdit. Ex diuerſoꝝ ſane ſcriptis pplexarum collectus eſt tractatus libri regũ. Unde ẽ q alius aliud. et alius aliud. ſcõm rationũ diuerſitatẽ initiũ inchoatõis regni regum tã iuda qz iſrael aſſignauit. Joram aũt filius achab. xxij. annis ſup iſrahel regnauit. Illa g ſcriptura que poſtea dicit q anno. v. ioram filij achab regis iſrl regnauit ioꝛã filius ioſaphat regis iuda. tẽpus attẽdit. qñ pro fratre adhuc viuente regnũ adminiſtrare cepit. Porro ioram filius ioſaphat. xx. duoꝝ annoꝝ erat cũ regnare cepiſſet. et viij. annis regnauit i irlm. Anno. xij. ioꝛã filij achab regnauit ochozias filius ioram regis iuda. Ut igitur duoꝝ annoꝝ erat cũ regnare cepiſſet. et vno anno regnauit in irlm Quidam mẽdoſi codices habẽt ioꝛã filiũ ioſaphat. xx. duoꝝ annoꝝ eſſe tm cum regnare cepiſſet qđ ſtare nõ poteſt. Si enī. xx. duoꝝ ãnoꝝ erat tm cũ regnare cepiſſet. et viij. annis tm regnauit. g tricenarius erat cũ mortuꝰ eſt. ſed filius eiꝰ ei ſuccedẽs iã. xxij ãnoꝝ erat. g quãdo eũ genuit ioram. viij. annorũ erat. qđ eſt impoſſibile. Tamen hebrei tradũt ioꝛã filiũ ioſaphat. xx. ãnis regnaſſe. et. xl. duobꝰ viriſſe. qđ videt cõſonare illi litere que dicit eum. xx. duorum annorum eſſe cum regnare cepiſſet. Sed tamẽ dicunt ſolos. viij. annos quibus innocenter vixit antecꝫ ſuos fratres occidiſſet cõputatos illi ī regnũ a ſcriptura. Mortuo ochozia mater eius athalia. vi. annis regnauit in ihẽru ſalem. Eiſdem. vi. ãnis conregnauit ei hieu. qui. xxviij. annis regnauit in iſrael. Anno. vij. hieu cepit regnare in ihẽruſalem ioas. et. xl. annis regnauit Regnauerunt g pariter ioas in iuda. et hieu in iſrael. xx. duobꝰ annis. Quibus finitis mortuus eſt hieu & ſucceſſit ei in regnũ ioachas filius eius. inchoans regnare anno. xxiij. ioas regis iuda. & xvij. ãnis regnauit ī iſrael. Sed queriť ſi ãno xxiij. ioas filius ioachas cepit regnare. et annis. xvij. regnauit. cum ioas. xl. tantuꝫ annis regnauerit. palam eſt. q vſqꝫ advi ceſimũnonũ. vel potius quadrageſimum annum eius regnauerit ioachas. Quõg ſtatim in ſequenti dicit ſcriptura. qz ioas filius ioachas. anno triceſimoſeptimo ioas regis iuda regnare cepit. Forte trienio viuente patre ſimul cum patre regnauit Forte ſcriptoꝝ negligentia. que in numeris ſepe errat. hanc difficultatem pepe rit. Anno ſcõo ioas regis iſrael. regnauit amaſias in iſrael. xxix. ãnis Annus ſcõus ioas quo amaſias regnare cepit numeratur. exquo ſolus

defuncto patre regnauit. Uixit aũt amaſias rex iuda poſtqꝫ mortuus ẽ ioas rex iſrl. xv.

Hoc additur ideo qz dictum eſt in ſoluti one. quia ioas tribus annis pñ pregnauit in iſrl.

annis. Et hic oritur queſtio. Supꝰ dictũ eſt. q amaſias anno ſcõo ioas regis iſrael. regnare inchoans. xvix annis regnauerit. Joas aũt ſedecim annis regnauit. Quindecim itaqꝫ annis ſimul regnauerunt. Mortuo itaqꝫ ioas ſoli quattuordecim anni ſuperfuerunt amaſie. vel ad pl⁹ quindecim. Forte erranit ſcriptoꝝ. ponẽs xv. pro quattuordeciꝫ. vel forte amaſias viuens deſijt regnare. et. xv. annis vixit diutius qꝫ regnauit. Porro anno. xv. amaſie. regnauit in iſrael ieroboã xl. et vno anno. Simul itaqꝫ regnauerũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

amaſias in iuda.ieroboã in iſrael.ad pl9 quindecim annis. Quid eſt igitur quod ſequens ſcriptura dicit. Quia viceſimo ſeptimo anno ieroboam regnauit ozias filius amaſie in ihĕruſalem Forte.xv.ānis iuda ſine rege fuit.quia vt diximus amaſias viuens regnum dimiſit.et ozias adhuc paruulus regnare non poterat. Mor tuo vo patre.cum.xvi.eſſet annozum. et ieroboam in iſrahĕl viceſimumſeptimuz annum regni ſui inchoaſſet regnare cepit in ihĕruſalem. et quinquaginta duobus annis regnauit. Pozro anno triceſimo octauo ozie regis iude.regnauit zacharias filius ieroboam in iſrahĕl.vi. menſibz Et hic oritur queſtio. Supza dictum eſt quia anno viceſimoſeptimo ieroboaz qui quadraginta et vno anno regnauit. ozias regnare cepit.et.lij.annis regnauit Quattuozdecī itaqz annis pariter regnauerunt ozias et ieroboam. cui ieroboam poſt quadraginta et vnum annuz defuncto.ſi ſtatim zacharias filiꝰ eius ī regnuz ſucceſſit.non in triceſimo.vij.ſed in decimoquinto anno regni ozie regnare cepit. Aut igitur regnum iſrahĕl.xxiij.annis ſine rege fuit.vel potius per iſtos.xiij. annos zacharias filius iozoboam regnauit qui tamen illi quia peſſime vixit.in regnū non ſunt computati. Soli autem ſex mēſes quos correctius vixit in.xxxviij.anno ozie illi ſūt pputati Jn.xxx.autē.ix.āno ozie ſellum occiſo.zacharias regnauit in iſrahĕl vno menſe. Eodem anno manahen occidit ſellum.et regnauit in iſrael decem annis Anno quīquageſimo ozie phaceia filius manahen regnauit ī iſrahĕl duobz annis. Anno.lij.ozie phacee filius romelie phaceiam interfecit.et regnauit in iſrl' viginti annis. Anno ſecundo phacee regnauit ioatha in ihĕruſalem.et quindecī ibi annis regnauit. Quindecim ergo annis adminus ſimul regnauerunt ioathā in iuda.et phacee in iſrael. Et annus qui fuit vltimus ioathan.fuit phacee.xvij. et ita phacee regnauit poſt ioathan tribus annis.inquibus conregnauit ei achas filius ioathan. Quod ergo legitur qꝫ ozee interfecit phacee et regnauit pro eo viceſimo āno ioathan filij ozie.ex illo tempore regnum ioathan ſcriptura numerat.qꝫ patri leproſo conregnauit. Ubi aūt legit qꝫ anno ſecundo phacee regnauit. et qꝫ ſe decim annis regnauerit. Jn illo tempore numerat.quo ſolus mortuo patre regnauit. Pozro duodecimo anno achas. ozee regnauit decem annis in iſrahĕl. Si ergo phacee et achas tribus tantum annis conregnauerunt vt dictum eſt. tunc quarto āno achas occiſus eſt phacee. Et ſi ozee occiſoz eius non regnauit pro eo vſqz ad duodecimum.alias viceſimum/ ſecundum annum achas.tūc regnum iſrael fuit octo ānis ſine rege. Itaqz pōdicte contrarietates et alie ſi quas prętermiſimus.determinari poſſunt.vel per ſinodo chen. Uel quia quidam cum patribus regnauerunt anteqz ſoli regnarent. Uel qꝫ regna quandoqz ſine rege fuerunt.

Sequuntur rituli capitulozum in hyſtoriam Thobie.

De thobia. caꝑ.primū.
De morte godolie. caꝑ. ij.
De deſcenſu reliquiarum iude in egiptū et obitu ihĕremie. caꝑ. iij.
De captiuitate reliquiarum. ca .iiij.
De ezechiele ꝓphęta. caꝑ. v.

Jncipit hyſtoria Thobie.

Hiſtoria thobie exordium habuit in captiuitate decem tribuum. quam fecit ſalmanaſar Quo vero tēpore terminum habuerit non ſatis elucet. Uidetur enim ſcōm literam hiſtorie thobiaſ viriſſe poſt excidium ihĕruſalem.et incendium templi. Ait enī in cantico ſuo. Jheruſalem ciuitas dei caſtigauit te dominꝰ. benedic deū ſclōz.vt reedificz tabernaclm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

sium in te.et reuocet ad te omnes captiuos. In diebus autem mortis sue cum p̄ diceret filijs de reditu captiuorum ait. Terra deserta replebitur.et domus dei q̄ in ea incensa est iterum reedificabit. Si vero attendamus terminum vite thobie filij thobie. fuit enim terminus hystorie qui fuit ei terminus vite.non inueniem? hystoriam descendisse ad plus.vltra tempora iosie. Ponamus enim filium cū patre captiuatum.vi.anno ezechie.et annis culum esse.cū.xcix.annis tantum vixerit. circa vicesimum annum iosie mortuus ē Hanc hystoriam trāstulit ieronimus de sermone chaldeorum in latinum .ad petitionē chromatij et heliodori ep̄orum.

Hanc hystoriā iudei inter apocrifa ponūt Ieronim? tamen ī prologo suo dicit inter agiographa . Qđ si esset.tūc esset in tercio ordine canonis veteris testamenti.sz quia de nullo ordine ē dicemus.q̄ ieroni? diffusius accepit agiographa.vt includeret etiam apocrifa.et quia vicina est lingua chaldeorum hebraico sermoni.vtriusq̄ lingue peritum loquacem habens ieronimus quid ille hebreis verbis expressit. latino sermone exposuit sub breui.et quasi vni? diei labore.

Recole supra in principio iosue dictum quod apocrifum d̄r. vel cuius auctor īcertus.vel cuius materia incerta. De materia autem huius patet et constat. Agiographum sacra scriptura interpretatur. ⁊ sic qualiber scriptura sac̄ p̄t dici.

De thobia. Ca. I.

Oro thobias ex tribu nepthalim fuit Cunq̄ ceteri ad vitulos aureos quos fecerat ieroboam irent ip̄e ascendebat in iherusalē vt adoraret deum israel.primitiua ⁊ decimas fideliter offerebat.ita vt in tercio anno proselitis et aduenis omnem ministrationem decimationem. et in omnibus legem dei puer obseruabat. Factus autem vir accepit sibi vxorem annam de tribu sua.⁊ suscepit ex ea filium.quez nomine suo vocauit thobiam. Captus quidem cum vxore et filio habitauit ī niniue.et custodiuit animam suam ne contaminaretur in cibis gentilium sed et contribules.suos nō custodientes se grauiter arguebat. Et dedit illi d̄s gratiam ī oculis salmanasar. Qui dedit ei potestatem quocunq̄ vellet ire ad captiuos.et circa eos facere quecūq̄ voluisset. Cunq̄ ambularet per regionem cū p̄captiuis .monita dans salutis. deuenit in rages ciuitatem medorum inuenitq̄ in ea quendam contribulem suū gabelum egentem .et reliquit ei sub cyrographo decem talenta argenti.que habebat et his in quibus a rege fuerat honoratus. Mortuo autem salmanasar.cum filius eius sennacherib filios israel haberet exosos.thobias consolabatur eos.et egenis ministrabat. Cūq̄ reuersus esset sennacherib a iudea.multitudine exercit? nocte ab angelo percussa.fugiens manū domini iratus multos hebreorum fecit occidi.quorum corpora thobias sepeliebat. Quod cum nunciatuz esset regi.tulit omnem substantiam eius.et eum iussit occidi. Thobias vero fugiens cum vxore ⁊ filio latuit in israel .quia multi diligebant eum. Post.xl.v.dies cuz esset occisus rex a filijs suis.rediit thobias in domum suā et restituta sunt ei ablata. Porro in quodam die festo cum paratum esset prandium apud thobiam.dixit filio suo. Vade et adduc aliquos de tribu nostra timētes deum vt comedant nobiscum Qui reuersus nunciauit vnum de hebreis iugulatū iacere in platea.et exiliēs thobias iciu? tulit occulte corpus in domum suam. Et comedit panem in luctu et tremore.et cuz sol occubuisset sepeliuit illud.⁊ arguebāt eum proximi sui dicentes Huius rei causa interfici iussus es.⁊ itez sepelimortuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Sed thobias magis timens deum ꝙ re/
gem. sepulture occisorum sollicitus insta
bat. Contigit autem vt quadam die fati/
gatus a sepultura domum rediens iacta/
ret se iuxta parietem et obdormiuit. et ex
nido hirundinum calida stercora sup o/
culos eius inciderent. et factus est cecus
Hoc autem permisit deus fieri ad eius p
bationem. et ad exemplum pacientie ip
sterum. Nam et in omnibus benedixit de
um sicut beatus iob. et proximos suos in/
sultantes ei increpabat dicens. Nolite
ita loqui. filij enim sanctorum sumus. et
vitam illam expectamus quam deus da/
turus est fidelibus suis. Anna vero uxor
eius ibat ad textrinum opus quotidie. et
de labore manuum suarum quod ꝓsequi
poterat deferebat. Factum est autez vt he
dum accipiens detulisset domi. cuius ba/
latum vir audiens ait. Videte ne furtiu?
sit. Ad hec irata uxor respondit. Manife/
ste vana facta é spes tua. et elemosine tue
perierunt. Et ingemuit thobias cum la/
crimis dicens. Et nunc domine secundū
voluntatem tuam fac mecum. et precipe
in pace recipi spiritum meū. Expedit enī
mihi mori magis ꝙ viuere. Eadem die
contigit vt sara filia raguel. ī ciuitate me/
dorum audiret ꝛmproperium ab vna an/
cillaꝝ suarū quī increpabat dicente sibi.
Interfectrix virorum tuorum nunquid
occidere me vis. sicut occidisti septem vi
ros. Fuerat enim tradita. vij. viris. et de
monium nomine asmodeus occidebat e/
os mox vt ingressi sunt ad eam. Ascendit
ergo sara in supius cubiculuz domus sue
et tribus diebus et noctibus non mandu
cans nec bibens. in oratione persistēs aie
bat. Dero dñe deus patrum nostrorum.
vt de vinculo imperij huius absoluas me
aut certe desuper terram eripias me. In
illo tempore exaudite sunt preces ambox
in conspectu dñi. et missus est angelus ra
phahel. vt curaret eos. Igitur cum thobi
as putaret se exauditum. vt morereture di
cebat ad filium suum. Audi fili mi verba
mea. et ea quasi fundamenta in corde tuo
constitue. Cum moriar sepelies me. et ho
norem habebis matri tue dum vixerit.
Mortuam circa me sepelies eam. semper
in mente habeto dñm fili mi. et sua man
data eius. De substantia tua fac elemosi
nas. quia elemosina ab omni peccato libe
rat. et magnam prestat fiduciam corā deo
omnibus facientibz eam. Attende tibi fi/
li mi ab omni fornicatione et a superbia. a
qua sumpsit initium omnis perditio. Cō
silium a sapiēte perquire. a peccatoribus
declina. Merces mercennarij non mane/
at apud te. Noli timere fili mi quia pau/
perem vitaz gerimus sed multa bona ha
bebimus si timuerimus deum. Preterea
scito quia dedi gabelo decem talenta argē
ti in rages. cuius cirographum penes me
habeo. Perquire ergo tibi fidelem virum
qui tecum eat salua mercede sua. vt reci
tuas gabelo cirographum suum. et ipse re
stituet tibi depositum. Tunc egressus tho
bias. inuenit iuuenē succinctum. et quasi
ad iter paratum ignorans ꝙ angelus dei
esset. Cuncz accepisset ab eo ꝙ omnē me/
dorum regionem nouisset. et rages ciuita
tem. et gabelum habitantem in ea. intro/
duxit eum ad patrem suum. et salutauit
eum iuuenis dicens. Gaudiuz sit tibi sp
Qui respondit. Quale gaudium erit mi
hi. qui lumen celi nō video. Cui iuuenis
Forti animo esto in proximo est vt a deo
curaris. Et ait thobias. Poteris perduce
re filium meum ad gabelum. Qui rīdit.
Ego ducam eum et reducam ad te. Cum
ꝙ quereret thobias ab eo tribum eius. et
domum et nomen. Respondit Ex filijs is
rahel ego sum. azarias ananie magni fili/
us. quod totum scōm interpretationē no
minum verum erat. Erat enim de angel
videntibus deum. et erat azarias. i. adiu/
tor. et filius ananie. i. gloria dei. Cū pa/
ratis omnibz que erant opus in via. am/
bulauerunt ambo simul. et canis secutus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

est eos. Pater autem flebat dicens ad vi
rum. Baculum senectutis nostre tulisti.
nūq̄ esset pecunia illa pro qua misisti eū.
sufficiebat nobis paupertas nostra vt di
uitias cōputaremus. q̄ videbamus filiū
nostrum. Et ait thobias. Noli flere. filius
noster reuerteretur ad nos saluus. Credo
enim q̄ angelus dei bonus comiteretur eū.
Postro illi duo prima mansione manse
runt circa fluuium tigrin. Et exiuit tho
bias vt lauaret pedes suos. et piscis īma
nis egrediebatur vt deuoraret eum. Et ti
mens thobias clamauit dicens. Domīe
inuadit me. Et ait angelus. Apprehende
branciam eius. et trahe eum ad te. et extra
xit eum in sicco. et palpitabat ante pedes
eius. Super hunc locum dicit beda. q̄ dñs
p̄us leuaret in cruce pedes suos qui am
bulabant super terram. aduenit diabolus
querens si quid peccati inueniret ī eo. vn
de. Pater transfer calicē hunc a me. Tūc
dixit angelus ad thobiam. Exenterа pi
scem hunc. et cor eius et fel. et iecur repo
ne tibi. Valent enī ad medicamēta. Tūc
thobias partem piscis assauit. et comede
runt. partem vero salsam secum tulit. Cū
q̄ simul pergerent ait thobias Azaria fra
ter. q̄ remedium habent que de pisce ser
uari dixisti. Qui respondit. Particula
cordis super prunas posita. fumo suo ex
tricat omne genus demonum a viro vel
muliere. Nec super hoc mirari debem?. cū
fumus cuiusdam arboris aduste eandem
vim habere perhibeatur. Cumq̄ quesisset
thobias. vbi manerent nocte illa. Respō
dit angelus. Est hic raguel. p̄inquus tu
us. habens filiam vnicam que debetur ti
bi cum omni substantia eius. Et ait tho
bias. Audio q̄ tradita est viris. vij. et oc
cisi sunt a demone. Et respondit angelus
Noli timere. super peculantes ⁊ deum nō
timentes potestatem demoniū habet. Tu
autem cum acceperis eam tribus diebus con
tinebis ab ea. et de nocte vacabitis ambo
orationibus. Prima nocte incēso iecore pi
scis. precibus vestris fugabitur demoniū
Secunda nocte in copulatione sanctorū
patriarcharū admitteris. i. orabitis deus
vt in participium sanctitatis et pudicicie
patriarcharum admittat vos. Tercia no
cte benedictionem p̄sequeris vt filij pcre
entur ex vobis sani ⁊ incolomes. Hāc be
nedictionem prestabat vel sacerdos vel a
liquis maior inter eos vicem sacerdotis
gerens. Quarta nocte accipies eam cum
timore dei. amore filiorum magis q̄ libi
dine ductus. vt in semine abrahe benedi
ctionē in filijs conseq̄ris. Tandem ingres
si sunt ad raguelem. Cumq̄ diceret ragu
el vxori sue. q̄ similiū esse iuuenē hunc
thobie consobrino suo. dixit ad eum ange
lus. Hic est filius illius. Et letatus est ra
guel. et instaurauit puniū. Tunc ait tho
bias. Non manducabo nec bibam. nisi pri
us pactionē meā cōfirmes. et promittas
mihi dare saram filiam tuā. Quo audito
expauit raguel. et hesitāri de promisso di
xit ei angelus. Noli timere dare eam tibi
coniugē Huic enim debetur. et p̄terea a
lius nō potuit habere eam. Tūc ait ragu
el. Scio q̄m a deo venisti. et q̄ erauditur
dñs preces ⁊ lacrimas meas. vt p̄iunge
retur hec filia mea cognationi sue secun
dum legem moisi. Et apprehendēs pater
dexteram filie. tradidit eam dextre thobie
dicens. Deus patrū nostrorū sit vobiscū
et coniungat vos. et impleat benedictiōem
suam in vobis. Et fecerunt conscriptōem
coniugij. et comederunt benedicentes de
um. Post cenam vero introduxerunt iu
uenem in cubiculum virginis. et protulit
thobias de cassilide suo partem iecoris. ⁊
posuit super prunas Tunc raphael appre
hendit demonium. ⁊ relegauit illud in de
serto superioris egipti. Tunc thobias ait
ad virginem. Sara deprecemur deum ho
die et cras et secundo. id est tercio die cras
His enim tribus noctibus iūgimur deo.
quarta nocte in nostro erimus coniugio.
filij enim sanctorum sumus. nō possum?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ita coniungi sicut et gentes. qui ignorant deum. Et orauerunt ambo dicentes simil. Miserere nobis dñe deus patrū nostrorū miserere nobis. et psenescamus ambo pariter sani. Porro circa pullorum cantum fecit raguel parari sepulcrum. vt sepeliret eum priusq illuceseeret. et misit vnaz de ancillis ad videndum si iam obisset. Que reuersa nunciauit eos incolomes. et secū pariter dormientes. Et laudauerunt omnes deum. et repleuerunt fui foueaz quā fecerant. priusq luceseeret. et parauerūt solenne conuiuium omnibus vicinis z amicis suis. Et adiurauit raguel thobiam vt duas ebdomadas maneret apud eum. z dedit ei mediam ptem omniū que possidebat faciens scripturaz. vt reliqua ps que supererat post obitum suum deueniret ad thobiam. Tuncait thobias ad angelum quem hominem estimabat. Azaria frater nosteq grauis sit moza nostra parentibus meis. obsecro vt eas ad gabelū. Reddes enim ei cirographum suum. et recipies ab eo pecuniam. et mouebis eū venire ad nuptias. Tunc assumens raphael quattuor de fuis raguelis. et duos camelos venit ad gabelum. z recepta pecunia duxit eum secum ad nuptias. Et ingressus gabelus inuenit eos discumbentes. et benedixit eis. Cumq omnes dixissent amen. cum timore dñi nuptiarum conuiuium exercebāt. Porro cum thobias moraz faceret in nuptijs. sollicitus erat p eo pater eius. q ad diem determinatam non redierat. Mater vero lacrimis irremediabilibus flebat dicēs. Heu me fili mi. vt quid te misim? peregrinari. lumen oculorum nostrorum et baculum senectutis nostre. Cui autem eius consolabatur eam. Porro raguel dicebat ad generum suum. Vade hic. et ego mittam nunciū saluris tue ad patrem tuum. Cumq ille nō acquiesceret tradidit ei faram et dimidium substantie sue. in pueris. in puellis. in pecudibus. in camelis. in vaccis. in pecunia multa. Parētes vero monuerunt filiam suam honorare socrum. diligere maritum. regere familiaz. gubernare domum seipam irreprehensibilem exhibere. Cumq reuerterentur venerunt ad carram que est in medio itinere. Et ait angelus ad thobiam. Precedamus nos duo. et sequentur nos lento gradu vxor tua et familia cum animalibus. et tolle tecum de felle piscis. et linies ex eo oculos patris tui. et recipiet visum. Porro anna sedebat secus viam quotidie ī suspicilio montis. vnde respicere poterat de longiquo. Et cognoscens a longe filium suum venientem. cucurrit ad virum suum dicens. Ecce filius tuus venit. Canis quoq qui simul fuerat in via pcucurrit. et q̄si nuncius blandimento caude gaudebat. Tunc exurgens cecus data manu puero. processit obuiam filio suo. et osculantes filium pre gaudio fleuerunt. Cūq adorassent deum consederunt. Tunc thobias de felle piscis liniuit oculos patris. et sustinuit quasi dimidiam horaz. et cepit egredi albugo de oculis eius. quasi membranum oui. Quod apprehendens thobias traxit ab oculis eius. statimq visum recepit. et glorificabant omnes deum. Et ait thobias. Benedico te deus israel. quoniā castigasti me et sanasti me. et ecce video thobiam filium meū. Ingressa est et post septem dies sara vxor eius. cum omni substantia sua et pecunia quam receperat a gabelo. et conuenerunt contribules et vicini ad thobiam et congratulabant ei per septem dies epulantes cum gaudio. Cūq narrasset thobias patri suo per ordinez bona que fecerat ei angelus in via tulerūt angelum rogantes vt dignaretur dimidiam partem omnium que attulerant accepram habere. Tūc dixit eis angelus occulte. Benedicite deum celi. et coram omnibus confitemini ei. quia fecit vobiscum misericordiam suam. Et enim sacramentū regis abscondere bonum est opa autē dei reuelare et confiteri honorificum ē. Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

absondam a vobis ꝓmonem occultum. Bona est oratio cum ieiunio ⁊ elemosina Cum orabas et derelinquebas prandiū. et absondebas mortuos per diem. et no/cte sepeliebas. ego obtuli orationem tuaz domino Et quia acceptus eras ei. necesse erat vt temptatio probaret te. et misit me dominus vt curarem te. et saram vxorem filij tui a demonio liberarē. Ego ei⁹ sū ra phael angelus vnus ex septē. i. ex vniuer/sis qui astamus ante dominum. Qui cū audissent. tremētes ceciderunt in facies suas. Et ait angelus. Pax vobis. Nolite timere. Cum essem vobiscum videbar ex necessitate vobiscum manducare ⁊ bibere. sed ego cibo inuisibili et potu vtor. qui ab hominibus videri non potest. Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me. Et hec dicens ab aspectu eorum ablatus est. Tunc prostrati per tres horas in facies. benedixerunt deum. et exurgentes narra/uerūt omnia mirabilia eius. Aperiensq; thobias senior os suum benedixit domi/num. et dixit Magnus es domine in eter num. qm̄ flagellas et saluas. deducis ad inferos et reducis. Non est qui effugiat manum tuam. Et horatus est in hoc cā/tico ihrusalem. et captiuum ꝑ̄m dei. vt exemplo sui conuerterentur ad dñm. ⁊ fa cerent iusticiam coram eo. et crederent ꝙ cum eis faceret misericordiam. Et ꝑplæ/tauit de ihrusalē dicens. Omnes fines terre adorabunt te. Nationes ex longin/quo ad te venient. et munera deferentes adorabunt dñm in te. Quod mistice de tempore gratie dictū esse ex his q̄ sequū/tur apparet. Porte ihrusalem ex saphiro et smaragdo edificabuntur. et per vicos eis alleluia cantabitur. Erat autem tho/bias. lvi. annoꝝ quando lumen amisit. Septuagenarius vero illud recepit. et post ea vixit annis. lx̄. et vidit filios nepotuꝫ suorū. et complevit annos. c. ⁊ xij. Glo/sa tamen de misterio videt velle. eū post/q̄ illuminatus est. xl. duobꝰ annis super/uixisse Referens quasi mistice. xl. ad labo/res abstinētie. duos vo ad dilectōem dei et proximi. Cū⁹q; videret obitum sibi im/minere. vocauit filiū suū ad se et septē fili os eius. dixitq; eis. Prope erit interitus in ninive. Eo deo quia iniquitas eius fi/nem dabit ei. Non enim excidet verbum dei. et fratres nostri qui dispersi sunt a ter ra israel reuertentur ad eam. et replebit. et domus dei que in ea incensa est iterum reedificabitur. Hoc tamen magis videt ꝑpetuali cerritudine per verba preteriti tē poris predixisse. q̄ rem gestam narrasse. Ad hucenim stabat ihrusalem et rēpluꝫ in ea. Cumq; monuisset eos de dilectione dei et timore. et elemosinis faciendis. ⁊ vt ipi eadem mandarent filijs suis. addidit. Eos autem nolite manere hic. sed qua/cumq; die sepelieritis matrem vestraꝫ cir/ca me in vno sepulcro. ex eo dirigite gres/sus vestros vt eatis hinc. Et mortuus est thobias et postmodum vxor eius. Et ab/scessit thobias ex ninive cum vxore sua. et filijs et neptibus. et reuersus est ad so ceros suos. Et inuenit eos in bona senec tute ⁊ curā eoꝝ gessit. ⁊ clausit oculos eoꝝ raguelis scz et anne. Et notandum. q̄ in sacra scriptura quinq; dicūtur anne Ma ter samuelis. vxor thobie. vxor raguelis. mater beate marie virginis. et anna ꝑplæ tissa Mortuus est et thobias minor ꝑple tis annis. xc. ix. et sepelierunt eum omnis cognatio eius. et omnis generatio eius. In sancta enim conuersione ꝑmansit ita vt acceptus esset tam deo q̄ hominibus. Nunc ad hystoriam captiuitatis ihrusa lem reuertemur. et post hystoriam iudith et hester. locis suis explicabimus.

De morte godolie. C. II

Factum est cum ꝑfecisset rex babilōis godoliā re/liquijs terre venerunt ad eum omnes qui euaserant manus hostium. et inter fini/timas gentes latuerant. vel quibuscunq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lantibus saluauerãt animas suas. Vulti quoq; de decem tribubus quibus grauis erat cohabitatio samaritanorũ. Fuerunt etiam inter eos quidam de principibus terre. iohanna filius caree. sareas. et iechonias. Et dixit godolias ad eos. Nolite timere habitare in terra. Seruite regi babilonis. et bene erit vobis. Ego habito in maspha vt respondeam precepto chaldeoꝝ qui mittẽtur ad nos vt in nullo vos grauemini. Cunq; hoc iuramẽto firmasset dimisit eos ad prouincie loca que quisq; sibi delegisset. Porro de genere regio erat quidam ismahel vir malignus. Qui dum obsideretur ihrusalem. ad regem euasit amonitarum. et ibi morabat. Et ait iohanna filius caree ad godoliam secreto. scito qꝛ ismahel insidiatur anime tue. inuidẽs tibi dñũ terre. Vel rex amonitarum mittet eũ percutere animam tuã vt occupet terram desolatam. Ibo g̃ et percutiam ismahel nullo sciente. ne interficiat te. et dissipentur et pereant reliquie iuda. Et ait godolias. Non facies verbum hoc. vt occidas virũ innocẽtem. Non enĩ verisimile est. vt in tali desolatione huius modi maliciam exerceret. Et factum ẽ in mense septimo eiusdem ãni venit ismahel et decem viri cum eo ad godoliam in maspha. et splendide suscepit eos. Cunq; post prandium versus esset godolias ĩ soporem ⁊ conuiue. percussit eos ismahel. et egressus per noctem. iudeos qui erant in ciuitate et quosdam milites qui erant a babilonijs derelicti trucidauit et proiecit cadauera eoꝝ in lacum quem fecit rex asa. propter baasa regem israel. Altera vero die cum muneribus veniebant de prouincia. lxx. viri ad godoliã. ⁊ egressus ẽ ismahel in occursum eoꝝ dicẽs. Intrate ad godoliam. Quibus ingressis. occidit eos ismahel preter decem qui dixerunt ei. pce nobis. qꝛ thesauros habemus in agro frumenti. vini et ordei. olei. et mellis. ⁊ dabimus eos tibi. et recesserunt ab eo. Tunc ismahel duxit captiuas reliquias populi qui erat in maspha. filias quoq; regis. quas ꝓmendauerat nabuzardan godolie Quod cũ audisset iohãna filius caree. assumptis viris insecutus est ismahel. ⁊ inuenit eum ad aquas que sunt in gabaon et fugit ismahel a facie eius cum octo viris et reduxit iohanna captiuos et predã quam duxerat ismahel.

De descensu reliquiarũ iude ĩ egiptũ. Et obitu hieremie. C. IIII.

ET conuenerunt omnes reliquie iuda ad ieremiã a paruo vsq; ad magnum. Disponebant enim fugere in egiptum. timentes ne occiderentur a chaldeis ꝓ morte godolie. Et dixerunt ad proplrã. Ora pro nobis deum. vt indicet nobis verbũ qd̃ faciem? et quicquid dixerit nobis per os tuũ faciemus. Post dies septem. factũ est ꝛbum dñi ad ieremiã. et conuocans vniuersum populum ait. Hec dicit dñs. Si manseritis in terra hac. plantabo vos et nõ euellam. Jam enĩ placatus sum super malũ qd̃ feci vobis. Nolite timere a facie regis babilonis. quia ego vobiscum sum. Sin autem descenderitis in egiptũ. vt ibi habitetis. gladius nabuchodonosoꝛ quẽ formidatis ibi cõprehendet vos. et peribitis gladio fame et peste. Et non audierunt ieremiã. sed dixerunt. mentiris. Non misit te dominus. sed baruch incitat te aduersum nos. vt tradat nos in manus chaldeorum. Et descenderunt oñs cum mulieribus et puulis ⁊ omni substantia sua in egiptũ. et duxerunt secum ieremiam ⁊ baruch. et desolata est terra. et sabbatizauit multis annis sicut predixerat hieremias

Non enim transtulit in eã rex babilonis colonos. sicut fecerat rex assiriorꝝ in terram isrl. et hi trauerunt

Tripliciter destructa est et tribus vicibus ihrusalem. primo ꝑ trasmigratiõẽ ioachim et eorũ qui secũ trãsmigrauerãt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

reliquie iuda ī egipto ī magdalo ⁊ in taphnis ⁊ in memphi. et in terra phatures. ⁊ est nomen regis. a q̄ illa ps egipti sic denominata ē. Et factus est ſmo domini ad ieremiaz in taphnis dicens. Sume lapides grandes et absconde eos ī cripta q̄ est sub muro latericeo in porta domus pharaōis. et dices ad iudeos. Hec dicit dñs. Ecce ego assumam seruum meum nabuchodonosor. et ponam thronū eius super lapides istos. et percutiet terram egipti et peribis vos cum egiptijs. Porro mulieres hebreoz sacrificabant dijs alienis et regine celi lune scz vel iunoni vel berecincie offerebant placentas. et libamina. Cunctz ar gueret eas ieremias dixerunt. Nunquid sine viris nostris hec facimus? Cunctz ad viros durius loqueretur dixerūt. Quando fecimus hec in verbis iuda. saturati sumus pambz. et bene erat nobis. Exquo āt cessauimus. indigemus omnibus. et gladio et fame consumpti sumus. Et rndit ieremias. Hec dicit dñs. Ego iurauī in nomine meo magno. qz omnes viri iuda q̄ sunt in terra egipti gladio ⁊ fame peribūt donec penitus consumantur. Et insurexit populus aduersus ieremiam. et lapidauerunt eum lapidibus quos absconderat sub murol atericeo Egiptij vero honorauerunt prophetam. sepelientes eum iuxta tumulum regum. memores beneficiorum que prestiterat egipto. Narione enī sua fugauerat aspides et bestias aquaruz quas greci cocodrillos vocant. quibz pri us egiptus infestabaf. Tradunt etiam q̄ adhuc de puluere eiusdem loci aspidum percussura sanatur. et fugaf cocodrilli. De eodem ait epiphanius. Audiuimus a viris senioribz. qui ex fuorum antigoni

Scdo per captiuitatem sedechie et tēpli destructionem. Tercio per desolationem qñ solitaria relicta ē reliquijs in egiptum descendentibz. Quarta fuit vastatio terre que tria premissa precedebat.

et ptholomei stirpe descenderant. q̄ alexā der macedo veniens ad sepulcrum ꝓphete. et ꝓgnoscens loci misterium. transtulit ipm in alexandriam et sepeliuit gloriose. et extunc a terra illa prohibiti sunt cocodrilli et aspides penitus. Nam et idem alexander prius introduxerat illuc serpentes quosdam. qui vice marsorum aspides fugabant. sed nō poterant eas penitus extirpare. Quos quia ab argis peloponj adduxerat. argones nominauit. Hic est ieremias qui regibus egipti signum dedit. q̄ eoz ydola euerti oporterent. cum ꝛgo pareret. Unde et sacerdotes eorum in secreto templi loco imaginem virginis et pueri statuentes adorabant. Dum vero ptholomeus rex interrogaret eos qua hec facerent ratione. dixerunt paterne traditionis esse misterium. quod a sancto ꝓphetā accepant maiores. et credebant in rebz ita forе venturum. Hic est ieremias. qui templum euertendum prenoscens. arcaz testamenti cum his que in ea erant tulit. et precibus suis eaz absorberi fecit ī petra. petram ꝛo digito designās. nomē dei impressit. Et factum est sigillum in similitudinem sculpture que ferro cauatur. et ipz dominī nomen nubis operimento ita celatum est vt extunc nec locuz quis recognoscere queat. nec ipm nomen legere. vsqz ī hunc diem et vsqz in finem. Et pristine figure instar illic sepe nubes vt ignis fit nocturno tempore. eo q̄ gloria dei ab eius lege non desinat. Est autem petra illa in deserti terra inter duos montes. in quibus iacent moises et aaron. Dixitqz ieremias presentibus. Dominus ex syō recessit ad celos. inde rursus in virtute venturus. et erit signum presentie eius. quando vniuerse gentes adorauerint lignum. Dixit qz q̄ hanc archā nemo preter aaron producere poterit. et tabulas que in ea sunt nullus aperiet sacerdotum. nullusqz ꝓphetarum. nisi electus dei moises. ⁊ in prima resurrectōe in futuro qñ mortui resurgēt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

prima resurget hec archa. Et exibit de petra. et ponetur in mõte syon. et oẽs sancti cõgregabuntur ad eã. regressuz dñi sustinẽtes. et aduersariũ qui eos quesiturꝰ est interimere fugientes.

De captiuitate reliquiarꝝ Ca. IIII.

FActũ ẽ post mozrẽ ieremie ãno. v. euersiõis irlm ipe est vicesimus tercius regni nabuchodonosoz. descendit nabuchodonosoz in syriam inferiozem et obtinuit eam. Moabitas quoqꝫ et amonitas subiugauit sibi. Et tandẽ intrauit in egiptũ. eãqꝫ subuertit. et regem qui tũc erat in ea occidit. aliũ qꝫ in ea cõstituẽs denuo iudeos captiuos duxit in babilonem. Et ab hac vltima captiuitate reliquiarũ iude. quidam numerant. lxx. annos vsqꝫ ad scõmãnum darij filij ithaspis. Hãc etiam captiuitatẽ reliquiarũ predixerat ezechiel in chaldea. de quo modo prosequentes altius ordiemur.

De ezechiele ꝓphẽta. Ca. V.

EZechiel prophẽta de terra cysare fuit filius buzi. de genere sacerdotum. Hic in babilonẽ ductus est cũ ioachim et matre eius. cũ daniele et tribꝰ pueris. Hic habitabat iuxta fluuiũ chobar. Factũ est aũt in. xxx. anno nõ solũ etatis ipius. sed a. ꝓmiꝫ. ãno iosie qñ inuẽtus est deutronomius in templo. in quinto anno transmigratõnis. in quarto mense. in quinta die mensis. exozsus ẽ ꝓphẽtare ezechiel ad ꝯcaptiuos ꝓpter causas huiusmodi legerãt ĩ epistola ieremie per. lxx. annos duraturã captiuitatẽ. et flebãt ꝑ exilij plongatõne. Proptereꝫ murmurabãt aduersus dñm. qꝫ fraudulenter eos eiecisset. Dixerat enĩ ꝑ os ieremie remanentes in irlm pituros. eis vero qui se traderent suo suo nabuchodonosoz bona pollicebatur. Hũc aũt in ꝯtrariũ res relapsa erat. Florebãt enĩ qui remanserant. et ipi iugo fuiturꝰ ꝓmebant. Erant quoqꝫ inter eos qui dicerent. qꝫ dum fuierãt milicie celi. omnibus bonis habundabãt. ex quo vero cessauerãt. perierãt gladio fame et peste. Ad hec ꝓphetabat ezechiel euersionez vrbis. et templi incendium imminere et eos qui remanserant in vrbe fame pituros. et extra vrbem gladio. Eos aũt qui vi ui traherẽtur. graue passuros seruitutem ipos aũt in pace et quasi libera seruitute mansuros. Ut aũt auctozitatẽ preberet ei deus. preostendit ei quasdam visiones. similitudinẽ scz hominis. leonis. et vituli. et aquile. non solum ad prefigurandum euangelistas. sed vt ostenderet deũ israel dñm esse totius creature. per hec dignioza omnẽ intelligẽs creaturã. Homo enĩ preest ceteris animãnibꝰ. aquila reꝫ ẽ auium. leo ferarũ. bos iumẽtoꝝ. Sub aĩalibus vero vidit rotam in medio rote vt ostenderet circũuolutiõem omniũ elemẽtorum in dñi esse potestate. et sup hec vidit firmamẽtũ colozis saphirini. et super firmamẽtũ erat sillitudo throni. et sup throzum similitudo qsi aspectus hominis. Et ait dñs ad eũ. Fili hoĩs mitto te ad filios isrl. qz domus exasperãs est. si forte audiant ꝛ quiescant ꝛ sciãt qz ꝓphẽta fuerit in medio eoꝝ. Et ecce manus missa ad eum in qua erat liber scriptus intus et foris. et scripta erant in eo lamẽtatões. et carmen et ve. Et ait dñs. Comede volumẽ istud. quia tibi verba mea in oze tuo. Et iuit ꝑ ꝓphẽta ad transmigrationem iuxta fluuiũ chobar. ad aceruum nouarꝝ frugum. et sedens in medio eozum. posuit cozam eis latere. et descripsit in eo ciuitatem ihrusalem. et obsidionem aduersus eam. et munitiones et aggerẽ et castra et arietes in giro. et antepposuit sartaginem ferreaz oculis suis ne videret eos. et ait. Sic obfirmauit dominus faciem suam ad ihrusalem ne videat eam. et obsidedit eã. Signum est domui israhel. Et quia in ihrusalem erãt multi de decem tribubus qui ad eos confugerãt. etiam de eis locutus ẽ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dominus ad eum. Fili hominis. sume tibi frumentum et ordeum. et fabam. et lentem. et milium et viciam. et facies tibi panem de eis subcinericeum. in pondere. xx. siclorum. et operies illum in oculis eorū ad coquendum stercore humano. Cunctis hec abhorreret prophēta. concessit ei fimū boum pro stercore humano. Et dices ad eos. Sic comedent. filij israel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiciā eos. Dixitq; iterum dñs ad eum Sume tibi gladium radentem pilos. id est nouaculam. et duces illum per caput tuum et barbam. et terciam partem pilorum combures igni in medio eorum. et terciā partem concides gladio in circuitu et terciam partem disperges in ventum. Hec enim dicit dñs ad ihērusalem Tercia pars tui fame morietur et peste in medio tui. et tercia pars tui gladio cadet in circuitu tuo. terciam vero partem in omnem ventum dispergam.

Factum est autē in anno sexto. in sexto mense. in quinta die mensis. leuauit spiritus pphetam inter celum et terram. et adduxit eos in ihērusalem in visione dei. Et vidit ab aquilone in introitu portę ydolum baal. et ingressus vidit vniuersa ydola domus israhel depicta in circuitu per totū. et lxx. viri de senioribus stabant. et iechonias sacerdos cū eis. et vnusquisq; habebat thuribulum in manu sua. et vapor nebule de thure consurgebat. Et ingressus per ostiū portę ad aquilonem. vidit mulieres plangentes thamur mortuū. i. adonidē. et laudantes rediuiuū. et vidit inter vestibulū et altare. xxv. viros hītes dorsa ad tēplū et adorantes ad orientem solis. Et dixit dñs ad eos Vidisti fili hois que faciunt? Nū quid leue est hoc? Quod erat cōtra morē eorū cuz introitus esset ad orientem versus ad sancta sanctorum. ipi versus occidentē orabant. Ecce faciaz eis in furore. nec parcet oculus meus eis. Et ecce sex viri venientes habentes vasa interitus in manibus suis. et erat vir in medio eorū vestitus lineis. et atramētariū scriptoris ad renes ei⁹. Et dixit dñs ad eū. Transi p̄ mediam ciuitatē. et signa thau sup frontes virorū gementiū et dolentiū de abhominationibus quas isti faciunt. Et dixit dñs ad viros Trāsite p̄ ciuitatē sequētes eū et percutite omnē sup quē non videritis thau. Nemini pcet oculus vester. et a sanctuario meo incipite. Cūcq; pertransirēt. clamauit prophēta. Heu. heu. heu dñe deus. ergo ne dispdes oēs reliquias israel? Et dixit dñs ad eū. qui indut⁹ erat lineis. Imple manū tuā pruinis. et effundens sup ciuitatē. et hoc faciēs pbuslit eā Spūs aūt leuauit ezechielē. et reduxit eū in chaldeā Et locutus est ad transmigrationem que cunctis ostenderat ei dñs.

Post hec ezechiel in ꝓspectu eorū p̄ diē cepit trāsportare vasa dom⁹ sue. ōsi transmigrās ad alium locū. Vespe aūt pfodit parietē. et perruinā parietis asportauerūt eū in hūeris sui eius. velata facie nil videntē. Et dixerūt ad eū dom⁹ isrl. Quid tu facis? Qui rndit Sup regē qui est i ierlm onus istud Parietē pfodiēt vt educāt eum. i caligine noctis egredietur. capiet i sagena adducetur in babilonem Oculis tuis non videbit terrā. sic sedechias fuit cū moriet. Post capt⁹ i cāpo solitudinis iericho ducet ē ad domū isrl in enigmate dicēs. Hec d. d. Aquila grādis magnaz alaz. longo membrorū ductu. plena plumis et varietate. hec é nabuchodonosor venit ad libanū. i. ad tēplū. et tulit medullā cedri. i. vasa dñi et sumiratē frōdium transportauit. i. ioachim. et tulit de semine terre. id est mathaniam. et posuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

illud in terra.et creuit in vineam id eſt fe
cit eum regem.et accepit abeo in ſiuran/
dum.Et facta eſt aquila altera grandis.
id eſt pharao.et ecce vinea iſta extendit
palmites ſuos ad illam.ut irrigaret eam
Nunquid proſperabitur qui fecit hec?Et
qui diſſoluit pactum.nunquid effugiet?
Viuo ego in medio babilonis morietur.
Et factum eſt ꝟbum dñi ad ezechielem ī
anno nono.in menſe decimo.decima die
menſis dicēs.Fili hominis ſcribe tibi no
men dei huius.in qua confirmatus ē rex
babilonis aduerſus irl̄m hodie Ecce ego
tollam hodie a te deſiderabile oculoꝝ tu/
orum.⁊ ingemiſces tacens.non plorabis
non planges.luctus mortui faciens non
velabis ora amictu.nec cibos lugentium
comedes.ſed calciamēta erunt in pedib
tuis ranc̄s ad eundum.Et mortua ē vxor
ſua veſpere et non planxit.ſed erat quaſi
iturus.et dixerunt ad eum.quid proten/
deret hoc?Qui reſpondit. Hec dicit dñs
Ecce ego polluam ſanctuarium meū de/
ſiderabile oculorum veſtroꝝ.et pre nimia
anxietate non plangetis.qꝛ quiſq; de ne/
ce ſua ſollicitus erit.Poſtea in ꝓſolatōne
gentis ſue predixit ꝓphēta calamitates cir
cumſtantiū nationuꝫ.que vel iuuerāt ho
ſtes contra irl̄m.vel inſultauerant capti/
uis.i.filioꝝ amon.et moab.et edom.phi/
liſtīm tyri et ſidonis egipti et ethiopie.

ET factum eſt in xrj.anno tranſmigratōis.x.men
ſe.v.die menſis venit ad ezechielem qui/
dam qui fugerat de iheruſalem dicens.
Vaſtata eſt ciuitas. In precedenti tamē
veſpera.ezechiel predixerat de nuncio fu/
turo.Et audiēs omnis tranſmigratio ex
cidium vrbis ⁊ incendiū templi.leuaue/
runt vocē ſuam ⁊ dixerūt.Periit ſpes no
ſtra.abſciſi ſumus nō reſurgemus.Et ex/
clamauit ezechiel. Hec dicit dñs. Cum
ſanctificatus fuero in vobis.tollaꝫ vos de
gentib.et adducā vos in terrā veſtram.⁊
effundam ſuper vos aquam mundam.et
mūdabimini ab omnib inquinamentis
veſtris.Et facta eſt ſuper ꝓphētaꝫ manus
dñi et eduxit eū
in ſpū in campuꝫ
qui plenus erat
oſſib ſiccis vehe/
menter.Et air ad
eum. Fili homi/
nis. putas ne vi/
uent oſſa iſta? Et
dixit Dñe tu ſcis
Et dixit. Dic ad
ea. Oſſa arida hec dicit dñs. Ecce dabo
ſuper vos numeros.et ſuccreſcere faciam
carnes.et ſuperextendam vobis cutē.da/
bo vobis ſpiritū et viuetis.Et adhuc eo
loquente.factus eſt ſonus et cōmotio.et
acceſſerunt oſſa ad oſſa.vnumquodq; ad
iuncturam ſuam.et ecce ſuper ea nervi et
carnes.et cutis.ſed ſpiritū non habebant
Et dixit dñs ad ꝓphētam. Clama ad ſpi/
ritū ⁊ dices. Hec dicit dñs. A quattuoꝫ
ventis veni ſpūs.et inſuffla ſuper interfe/
ctos iſtos et reuiuiſcant.Et ſic factum eſt
et viuentes ſteterūt ſuper pedes ſuos.ex/
ercitus grandis nimis valde. Et dixit do
minus. Oſſa hec vniuerſa dom? iſrl̄ē Et
reſtituit ſpūs ꝓphētā in medio trāſmigra/
tionis.et locut? eſt ad eos q̄ mōſtraverat
ei dñs in ſignū duoꝝ.ſ. reuocatōis eoꝝ a
captiuitate.et reſurrectōis coꝝpoꝝ in fine.
Et tulit ezechiel lignū vnū.et ſcripſit ſu/
per illud lignum iude et ſocioꝝ eius.et ſu
per alterū lignum ſcripſit lignū effraim ⁊
ſociorum eius.et
cōiunxit ea.et te/
nuit ea in vna ma
nu ſimul.et dixe/
rūt ei. Quid tibi
vis in his? Qui
rīdit. Hec dicit dñs. Ecce ego ꝓgregabo
regnū iuda.et regnū effraim.et faciam e/
os in gentem vnam.et regnum vnum.et
fuus me? dauid princeps erit eoꝝ ī ꝑpetū.

Quidaꝫ iudei dicūt
q̄ campus iſte fuerit
in deſerto.vbi tot in/
terfecti ſunt inſepulti.
Decē tribꝰ dicebāt
eſſe regnū effraim.p
pter ieroboā q̄ regna
uit prim? ſup illas.⁊
fuit de tribu effraim.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et locutus est dominus ad ezechielem. Fili hois vaticinare aduersus gog.et terrā magog dicēs. Hec d.d. Ecce ego super te gog prīceps mosoch ⁊ tubal.seducā te. ascendere te faciam de lateribꝫ aquilonis.et adducā te sup montes isrl'.et cades ibi tu et oīa agmina tua.et dicā volucribus celi et bestijs terre. Properate ⁊ currite vndiq; ad victimā quā immolo vobis sup montes isrl'.vt comedatis carnes fortiū.et sanguinem principū terre bibatis.Et ossibꝫ corpis dabo sepulcrū nominatū.et mittaz ignē in terrā magog.et in bis qui habitant in insulis confidē Non q̄ sit fabula de ter. Hoc fabulan gog ⁊ magog imo hystoria .sed q̄ sicab hebreis post regnū mille annoz.⁊ q̄ tātus erit exercitus gog.q̄ hebrei per septē annos vsum lignoz hēbūt non de siluis.sed de armis.et colligentur ossa septem ānis. et sepelient in val le que ob hoc dicitur poliandrum. quasi multorum virorū sepultura. In.xv.anno trā sinigrationis.i.p̄ est ānus.xxiij.regni nabuchodonosoz.primo mense. decima die mensis.xiiij.anno postq̄ percussa est ciuitas in hac ipa die facta est manus dñi super ezechielem. Et adduxit eum in spiritu in terram isrl' super mōtem excelsum.⁊ ostendit ei descriptiōez ciuitatis et templi super quā ad literā nostri siluerunt auctores. Porro ezechiel in caldea inter captiuos iudicauit transgressores legis.et precipue quosdam de tribu dan et gad.q̄ in dīm p̄mitterēt impia.legis persequendo custodes.Et fecit vt dicit epiphanius cōtra eos prodigiū magnū.q̄ filij eoz ⁊ omnia uersa pecora a serpentibus pierūt.et predixit q̄ tribꝫ ille nō reuerteret ad ꝓpria. sed in medie regionibꝫ remanerēt.p̄terea. q̄ exacerbati in eū.distraxerēt eū equis p̄ crepidines saxoz.et excerebraueret eū ⁊ sepelierūt eū in agro maulim.in sepulchro sem et arfaxat.in spelunca duplici. In cuius similitudinē abrahā i hebrō sepulcrū fare ꝓposuit. Duplex aūt de eo q̄ camera ta sit.et aversa a superficie terre.summitas eius a parte vna.verū ex pte alia i petra suspensa sit super terrā. Iste ꝓphēta populo dedit signū in fluuio chobar.vt quā do deficeret sustinerēt desolatiōez terre sue tūc sperarent regressum ad isrl'm q̄n inuenaret. Ad eū q̄q; cōuenerat plurima mltitudo ꝓcaptiuoz ad fluuiū chobar.⁊ cal dei rebellionē veriti irrueret sup eos. Ipse vero p̄cibus suis sistens aquas fluminis sup aquas ambulās cū oīi mltitudine. ad alterā ripā se recepit.⁊ quotquot hostium p̄simpserāt eos sequi.submersi sunt et per oronē.subito largā piscū copiaz populo p̄stitit ad vescendum. Sepe quoq; mltis deficiēnbꝫ vitam restituit.

De daniele.ca.i. Visio q̄nta dañ.c.vij
Visio prima.ca.ij. Visio sexta.ca.viij.
Visio scda.ca.iij. Visio septa.ca.ix.
Visio tercia.ca.iiij. Visio octaua.c.x.
kathalogus regum babilonis.ca.v.
Visio quarta.ca.vi. Visio nona.ca.xi.
Visio decia.c.xij.

Incipit hystoria danielis. Ca I.

Ophetauit etiam in chaldea daniel. qui secundum iosephum et epiphanium de semine regio iude fuit.secundum.lxx.vero de tribu leui qui intitulo fabule belis ita ponunt. Homo quidam erat sacerdos nomine daniel filius abdol con iuua regis babilonis natus fuit in bethoron superiore. Scriptum de bele hebrei fabulam dicūt.non quin de veritate cōstet.sed ipsi danielē hec scripsisse negant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et fuit adeo caſtus. q̄ a ꝓtribulibus ſuis ſpado putaretur. Librū eius trāſtulit ihe/ronimus ad petitōem paule et euſtochij cum magna difficultate. Scriptus enim erat hebraicis literis. ſed chaldaico ſmo/ne. nec legebatur ab eccleſia ſcōm lxx. q̄ multum a veritate diſcorda bat eoꝝ editō. ſed Sicut videmus gal licum ſcriptū latinis literis. nec tñ oñi co/gnoſcenti lras hoc pꝫ

et leuite. de nathinneis. cc. xx. Et fuerunt cum eo mille et. dcc. Et egressi sunt anno. vij. regis artarxersis de babilonia. primo die primi mensis. et conuenerunt ad fluuium qui decurrit ad aciuia. Josephus dicit iuxta eufraten Et potest esse aciuia fluuius decurrens in eufraten. vel eufratis riuulus. Et manserunt ibi tribus diebus. et predicauit eis esdras ieiunium. vt affligerent se coram domino. et peterēt ab eo viam veram et securam. Erubuit enī esdras petere a rege ducatum in via dicēs Manus dei nostri est super omnes qui querunt eum Et separauit esdras de sacerdotibus. xij. quibus cōmisit vasa dñi et munera q̄ mittebat rex in ierlm et principes eius et populus Et venerūt in ierlm mense quinto. et siluerunt tribus diebus. Quarta die obtulerūt in domū domini q̄ secum tulerunt offerētes holocausta in gratiarū actione. dederuntq; epistolam regis ducibus trans flumen. qui honorauerūt populum dei et domum dei. Tunc accesserūt ad esdram principes israel dicentes. Nō est separatus populus israel a populo terrarum Tulerunt enim de filiabus suis sibi et filijs suis vxores. Manus quoq; sacerdotum et principum et sacriseruorum in hac inuenitur transgressione. Tūc scidit esdras vestimenta sua. et flens et orās iacuit in terra vsq; ad sacrificium vespertinum. Tunc accesserunt ad eum principes dicentes. Surge tuum est discernere quid agamus. Manus nostra erit tecum Tunc adiurauit esdras sacerdotes principes et leuitas. vt proijcerent vniuersas vxores alienigenas. et eos qui de eis nati erant. Et missa est vox ad oēs filios trāmigrationis. et conuenerunt in ierusalē in tercium diem. mense nono qui decembris apud latinos dicitur. xx. die mensis. Et surgens esdras criminabatur illos. q̄ contra legem dei semen sanctum commiscuerāt semim incircumcisorum. et opus esset vt abijcerēt vxores. Et respōdit multitudo. Populus multus est. et tempus pluuie. et nō sustinemus stare foras. et opus hoc non est diei vnius vel duorum. Elige tibi principes et transi per vniuersū israel. et apud quoscunq; inueneris mulieres alienigenas. ejice eas incūcāter. Et inuente sunt in ierusalem primo apud ihesu filios filij iosedech et fratres eius. et statim ejecte sunt. Necenim credenduz est ibīm magnū sacerdotem habuisse alienigenam. Et q̄ visus est zacharias sordidis vestibus indutus. ad filios eius reserendum est. Vel quia cum pontifex esset populum non arguebat Idipm fecerunt per vniuersum israel. et offerebat vnusquisq; apud quem inuenta erat hec transgressio arietem p̄o declinatione peccati.

De neemia. Ca. VI.

ET factum est in anno vicesimo. regis artarxersis Erat pincerna regis neemias de filijs captiuitatis. Qui dum esset in susis castro audiuit peregrinos hebraice loquentes. et accedens scitatus est ab eis de statu iudee et ierusalem. et accepit ab eis vrbem esse sine muris et habitare in ea populum dei in afflictione. Nam per dies sustinebāt hostium impetus. et noctibus intrabant latrunculi. et plateas implebant cadaueribus occisorum. Et fleuit neemias et cibum desiderabilem non gustauit. nocte et die clamans ad dominum. Cumq; staret in mensa et leuaret vinum regi. apparuit quasi languidus ante eum. Et ait rex. Quare tristis es. quod ve malum latet in corde tuo? Et respondit trepidans. Quia ciuitas pulchri patrum meorum deserta est. Si bonum tibi videtur. mitte me et reedificabo eam. Et ait regina que sedebat iuxta regem. Quando reuerteris? Et constituit ei tempus reuertendi. Hec fuit hec regina hester vt quidam tradiderunt. Nec in diebus hesdre historia illa occurrit Non enī esdras

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

in volumine suo siluisset. Et dedit rex nee mie epistolam ad principes trans flumen In qua mandauerat de honore exhibendo neemie rancꝫ duci. et legato misso a latere eius. et de impendijs vrbis reedificande. Et misit cum eo principes militum. et equites. et transitum faciens per babilonam. multos de filijs captiuitatis secum reduxit. et venit in ierm. xxv. ano regis artaxerxis sm iosephum. Porro in hierusalem summus erat sacerdos helisaphat filius helyachim. Et siluit neemias tribus diebus. et nocte psurgens cum paucis circuibat ruinas murorum. psiderās qualiter reedificari possent. Quarto die locutus est neemias ad multitudinem. Venite reedificemus muros hierusalem. Ab hac reedificationē intelligenda ē cōputatio annorum q̄ inuenitur in pphecia danielis sup̄. viij. visione. Scito ergo et non sumus vltra in opprobrium gentibus. Vanus. n. dei nobiscū est. et verba regis q̄ locutus ē mihi.

De reedificatione ierm. Ca. VII.

Et surrexerūt sacerdotes. et edificauerunt portam gregis. Alia translatio habet. edificauerūt portam et probaticam piscinā. Nec ē porta iuxta templum per quam inducebātur greges ad offerēdū. Nec alibi turris gregis dr. Fuit aūt altera turris gregis i via bethleem. vbi iacob pauit pecora sua. et pastores vigilantes super gregem suum viderunt multitudinem militie celestis. Secundo filij asanaa edificauerūt portā piscium. et statuerunt valuas eius. et seras. et vectes. Nec respicit iopen et diapolim p quam inferebatur copia piscium. Nec secundum iosephū postea dicta ē porta dauid. Tercio edificauerunt portam veterē pigmentarij. et aurifices. Vestigia enī istius erant a diebus iebuseorum. et melchisedech. Quarto portam vallis. que scilicet in vallem ducebat iosaphat. edificauerūt filij zaiole. Quinto edificauit porta sterquilinij. mechias princeps vici bethacharem. Per hanc portam sordes ciuitatis effluebant inundantibus fluuijs in torrē tem cedron. Sexto edificauit portam fontis princeps pagi maspha. et muros piscine syloe. Muros autem inter portas edificauit populus per vicos et ciuitates vnusquisq̄ secundum possibilitatem suā Nec te moueat si alia nomina portarum inuenias. que forte in interiori muro facte sunt. cum alique de predictis alia post ea forsitte sint vocabula. Porta negociatorum forte porta est gregis. in qua negociatores ergasteria sua posuerant ob tē pli victimam. Sed et porta iudiciaria potuit esse porta vetus. que in fronte ciuitatis prior eminebat. Porta vero aquarum potuit esse porta fontis. Porta vero equorum non fuit porta ciuitatis. sed statuta erat ante atria templi. vsq̄ ad quam ascēdere in equis licitum erat. Porro neemias cum seruis suis instabat operi nec somno accubo suauiter vtebatur. sed sub necessitate. Et consummatum est opus per annos duos. et quattuor menses. licet i multa angustia. et plurimis impedimentis. Primo enim finitime narōnes in manu forti aggrediebantur eos. Neemias vero mediam partem populi armatam statuit extra ciuitatem. vt sustinerent impetus aggredientium. Altera vero media pars edificabat. vna manu ponentes lapidem et altera gladium tenētes. Porro secundum interuenit impedimentum Fames ora est in terra. et obligauit se populus debito sub vsuris. sed et agros et vineas et oliueta vendere compulsi sunt. tandem etiam filios et filias venundare in seruos. Et conuocata multitudine compulit neemias diuites. et magistratus remittere vsuras. et restituere vineas. et seruos. et agros quos emerant. et excutiens sinum suum dixit. Sic excutiat deus omnem virum. qui non compleuerit verbum hoc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et dixit vniuersa multitudo amen. Ipe quoq annonas q regi debebant cõdonauit. Qui cũ dux missus esset a rege tñ annonas q ducibꝫ debebantur nõ comedit. a prima die qua egressus est a rege. vsqꝫ dum rediit ad eũ. Preterea terciũ habuit ipedimentũ q. pricipes trãs flumẽ qui inuidebant ei corrupẽt mũeribꝫ quosdaꝫ seniorꝫ qui erãt in irlm. vt eũ morti traderent. Qd cum nequirẽt. variis eum terrebãt rumoribꝫ. vt sic ab opere cessarẽt dicentes. Vulti piurauerũt aduersum te. vade et abscõdere ab eis. Rursumq aiebãt Delatum est ad regẽ. q velis rebellare. et facere te regem in iudea. Noli exasperare dñm tuũ. Cumq multa fingerent in hũc modum nõ prevaluerũt. qz manus domini erat cum eo.

De inuentõe ignis. Ca. VIII.

Postquam autẽ edificatus est murꝰ. qz rari erãt habitãtes in irlm. pcepit neemias vt clauderentur porte ante solis occasum. necaperent ante calorez solis. Cumq immineret mensis septimus qui vere totus apõ eos solennis est. puenerũt in irlm q̃si vir vnus. Et accepit neemias q nõ habebãt ignẽ de sublimi. traditũq est ei a seniorib⁹ terre q ieremias in diebꝫ captiuitatis absconderat stipites altaris et prunas in in seniorib⁹ terre in valle iosaphat. Cũq venissent ad locũ. eruderauerunt puteũ. et ĩ uenerũt stipites et prunas. et aquã crassaz et tollentes ea superstruem lignoꝝ. et hostias que erant sup altare. pposuerũt. et erupit ignis. Et appellauit neemias hũc diẽ nephar. qd interpretatur purificatio. Alij dicunt nephi. Et orabant sacerdotes. ionatha incipiante et ceteris respondentibꝫ Neemias quoq spiritalem edidit orationem. Nota quia q hic dicim⁹ magis factum est sub neemia. sic orabant sacerdotes ionatha incipiante rẽ. R. ecclesia in q̃dam epistola in quodaz die ieiunij dicit factũ pe machabeoꝝ intitulans epistolã. lectio libri machabeoꝝ. qui fuerũt longe post neemiam. et ita videt. qd hic dr. Verum esse ecclesie Soluetur g̃ sic. qz cũ scos liber machabeoꝝ de quo sumitur illa epistola. nõ sit historie prosecutio. sed tantũ epla quadam missa a iuda et senioribꝫ ad alios iudeos dispersos tñ a iuda illis dispersis. et hoc factũ notificat. et festiuitas nouiter instituta celebranda mandat. nõ pcipaliter enarratur.

De obseruatõe tabernaculoꝝ.
Capitulum. .IX.

Oro prima die scenopegiarum direrunt esdre vt afferret librum legis. et legeret coram populo. Steritq esdras supergradum ligneum quem fecerat ad loquendum iuxta portam aquarũ. id est portam artij secus quam erant lureres. et legit de mane vsqꝫ ad medium diem. Leuite vero duodeciz silentium faciebant in populo. Flebat autem oñis populus. et dixit ad eos esdras Nolite contristari. quia sanctus dies domini est. sed ite comedite pinguia. et bibite mulsum et date partes eis qui non preparauerunt sibi. Cumq redissent in diez secundum. inuenerunt in lege preceptuz esse a domino. vt habitent filij israhel in tabernaculis mense septima in die solenni. Et mandante esdra egressi sunt. et tulerunt frondes oliue et ligni pulcherrimi mirti et palmarum. et fecerunt sibi tabernacula in atrijs et domatibus suis. et in atrijs domus domini que non fecerant a diebus iosue filij num. Et obseruatum ẽ deinceps in israhel vsqꝫ in hodiernum diem. Die vero octaua. fecerunt collectam iuxta ritum. statuentes vt quisq daret terciam partem sicli per annuum ad oleũ et panes propositionis ad ligna et sacrificia sempiterna. in diebus festis et pro peccato. Die vo vicesimatercia. quia auditũ in lege. amonites et moabites nõ intra/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

bunt ecclesiaz dei. separauerunt ab ecclesia alienigenas. et in mundatõem suam stauerunt in crastinũ generale ieiunium. vt affligerent aias suas homines ⁊ iumenta vsqz ad pueros septennes. et conuenerunt octies ad audiendam legem. quater in die et quater in nocte. Lectione terminata prosternebatur populus ad orandum. et fiebant preces super eum ⁊ tandem benedictio sacerdotalis. Et his vt dicit beda. ecclesia traxit exemplum. Nam et supra gradus legitur. et leuite proclamationes faciunt in populo. et octies cõuenitur ad ecclesiam et si non penitus eo modo quo illi. Semel enim in nocte surgim9 ad nocturnos. scõm illud. Media nocte surgebam ad confitendum ⁊c. In die vo septies psallimus sm illd. Septies in die laudẽ dixi tibi. Singulis aũt horis legit̃ lectio. quam capitulare dicimus. postqz prosternitur. ad preces in diebus profestis. ⁊ subditur oratio pro benedictõe.

De edificatione muri et obitu ieremie Capitulum. X.

Oro neemias videns vrbẽ fere vacuã factã habitatiõ. rogauit optimates vt habitarẽt in irlm. et benedixit eis. qui se sponte obtulerũt. Reliqua vo multitudo misit sorte et decimũ caput fecit habitare in irlm. Post aliquod tps congregati sunt in irlm ad dedicatiõem muri. et ascenderũt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ cantores cũ musicis instrumẽtis. et psallentes incidebãt per murũ. Esdras vo precedebat. neemias et optimates cũ eo super alterã partẽ muri incedebãt psallentes Reliqua vo multitudo sequebatur eos super terrã. et ducebant choros. His expletis redijt neemias ad regem in persidem anno scõo et. xxx. regni sui. Et mortuus est esdras in senectute veneranda ⁊ cũ multa libertate sepultus i irlm. Hũc quidam hebreorum autumãt fuisse malachiam. Sed malachias post regressuz captiuitatis natus est in iudea i sophis. Quẽ quia vite optime fuit. et aspectu decorus populus appellauit malachim. id est angelum. Traditũ etiã q̃ que prophetice docebat eadem die angelus dei apparens sibi docebat. Et mortuus est dum adhuc iuuenis esset. et sepultus in agro suo. Porro circa finem dierum suorum redijt neemias in ierusalem ex beneplacito regis. et intellexit mala que fiebant in ea. Sacerdotes nanqz in diebus vicis sue. non habitabant in gazophilaciis circa templum. sed in domibus proprijs cuz omni domo sua et custodiam vasorum domini posuerant in domibus sequestratis a templo Et edificauit de ꝓprio gazophilacia in quibꝫ excubabãt sacerdotes. et reponebantur vasa. Preterea inuenit populum calcantes torcularia in sabbato. et inferentes in ierusalem vinum et vuas ficus et oĩa onera Gentes quoqz inferebant pisces ⁊ venalia. et vendebant in sabbatis filijs iuda. Et obiurgauit optimates dicens. Cur ꝓphanatis diem sabbati et inducitis iram dei super israhel. et super ciuitatem hanc Et adiurauit eos de custodia sabbati. et ꝑcepit claudi portas in sabbato. ne intrarent negotiatores. et manserunt extra ierusalem semel et bis. Et contestatus est eos neemias. q̃ si deinceps venirent manum mitteret in eos. et recesserunt. Et fecit neemias in ierusalem bibliothecam. congregans libros de regibus et libros pphetarum. et dauid et epistolas regum. ⁊ de donarijs. et pro his omnibus que fecerat. orauit neemias ad deum dicens Memento mei deus meus in bonum. Hucusqz sumpta est series historie ab annalibus hebreorum preter hester. Quecunqz post hoc apud iudeos gesta sunt. de scriptis iosephi et affricam exhibentur. et de libro machabeorum. quem quidam ab hebreis scriptum autumant. quidam a grecis. Et mortuus est neemias vir benign9. et sepultus iuxta muruz quẽ edificauerat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Post artarxersem regnauit xerses duob⁹ mensib⁹. post quē sogodianus mensibus vij. Post quē regnauit darius cognomē to nothus. sub quo egiptus recessit a pſis

Ea etate solis defectio facta ē. et ignis de erbna erupit. plato natus est. ypocrates medicus claruit. dionisius in sicilia tirannidem exercuit. Post darīū regnauit artarxerses. qui ꝓnominatus est menon. darij et paratridis filius. Hic ab hebreis dr assuerus. Sub hoc hīstoria hester conscripta est.

Sequūtur tituli capitulo⁹ in hystoriam hester.

De hester. capᵒ. i.
De otho. capᵒ. ij.
De dario filio arsami. capᵒ. iij.
De alexandro. capᵒ. iiij.
De reclusione decem tribuum. capᵒ. v.
De ptholomeo sother. capᵒ. vi.
De ptholomeo philadelpho. ca. vij.
De euergete. ca. viij.
De philapatore. ca. ix.
De seleuco. ca. x.
De antiocho epiphane. ca. xi.

Incipit hīstoria libri hester. Ca. I.

IBrum hester trāstulit ieronimꝰ ad petitionē paule et eustochij de hebreo in latinum. et quia ī greco corruptus erat per varias editiones. reuelauit eum de archiuis hebreorum. et diligēter transtulit de verbo ad verbum Regnauit assuerus ab india vsq; ad ethiopiam super. c. xxvij. prouīcias. et erat in susis ciuitate solium regni eius. Tercio igit̄ anno imperij sui fecit grande conuiuium cūctis principibus suis. et inclitis prouinciarum coram se. c. et. lxx. diebꝰ in domo illa mirabili. de qua legitur in hīstoria alexandri. cuius columne erant argentee. tectum instar firmamenti concameratū habens gēmas diuersi coloris. in figuram siderum et signorum dispositas. Post hos dies conuiuij inuitauit omnem populꝰ qui erat in susis. et discubuerunt extra domum. vij. diebus in vestibulo orti delicia rum. In orto erat vinea habens vites argenteas. et palmites aureos et botros ex varietate geminarum distinctos. Sup conuiuantes extensa erant cacumina tali cet tentoria. que appendebāt columnis argenteis ⁊ marmoreis. eburneis circuī. inserta funibus byssinis atq; purpureis. Lectuli q̄z aurei ⁊ argentei dispositi erant sup pauimētū. smaragdino et pario stratum lapide. Bibebant autem omnes ī aureis poculis vinum preciosum et abundans. nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. licet id moris esset apud persas. Vasti quoq; regina fecit cōuiuium feminarū in palacio regis. Die autem. vij. cū rex incaluisset mero. ꝓcepit. vij. eunuchis vt introducerent reginam in decore suo. vt ostenderet oībus pulchritudinē illius Que ad imperium regis venire contempsit. Et iratus rex quesiuit a septem sapientibus qui videbant faciē eius. cui sententie vasti subiaceret. Et respondit mamucha. Non leſit te solum vasti. sed et omnes viros regni tui. Nam eius exemplo mulieres paruipendent imperia virorum. Egrediatur autem edictum regis a facie tua. vt vltra vasti non ingrediatur ad regem. sed altera melior regnet pro ea Et exijt edictum in omnes prouincias per epistolam regis. Et dixerunt pueri regis ad eum. Querantur regi puelle virgines et speciose. et tradantur aggeo eunucho ad custodiam. et accipiant mundum muliebrem. id est vestes et cultus et ornatus. Unde et ministros talium mundiburdos vocamus. et quecunq; oculis regis placuerit regnet pro vasti. Placuit sermo regi. et iussit hoc fieri. Erat tunc in susis iudeus vocabulo mardochеus. de tribu gemini. qui descenderat de transmigratione iechonie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Dicerat nutritius filie fratris ediſſe. que
et heſter vocabatur. quam orbatam vtro
q; parente mardochæus adoptauerat in fi
liam. Hec inter ceteras tradita eſt eunu
cho. nec indicauit populum ſuū. Sic enī
mādauerat ei mardochæus. et inuenit gra
tiam ī oculis eunuchi. ⁊ acceleranit ei cul
tum muliebrem. et dedit ei ſeptē puellas.
vt eam ornarent et excolerent. Porro vir
gines per ſeptem menſes vngebantur o
leo mirrino. et aliis ſex quibuſdaz pigmē
tis ⁊ aromatibꝫ vtebant. vt poſt annū in
grederentur ad regē. et que veſpere intra
bat egrediebatur mane. nec poterat redi
re niſi rex ex nomine iuſſiſſet eam venire.
Mardochæus aūt verſabatur in veſtibulo
domus regie curā agens ſalutis filie. Tā
dem inſtabat dies quo heſter filia abiel ī
trare debebat ad regē. nec quesiuit ab ag
geo cultum muliebrem. ſed poſuit ī volū
tate eius qui tenebatur puellis dare que
cunq; petiſſent. Et intrauit ad regem an
no ſeptimo regni ipius. menſe. x. qui he
braice dr thebet. latine ianuarius. et iue
nit gratiam apud regē et fecit eā regnare
pro vaſti. Et celebrauit nupcias per men
ſem. et mandauit per eos qui aggari dicū
tur id eſt curſores requiē in vniuerſo re
gno per tempus nupciarū. Mardochæus
aūt qui frequentius morabatur in babilo
nia vnde et adducta fuerat heſter. tranſtu
lit ſe ī ſuſis. Eo tpe irati ſunt regi duo eu
nuchi ianitores. et machinabantur vt oc
ciderent regem Quod non latuit mardo
chæum. et indicauit heſter. et illa ex nomīe
mardochei detulit ad regem. Queſitum
q; eſt et inuentum. et appenſi ſunt in pari
bulo Et traditum eſt coram rege in anna
libus. in quibus reges accidentia tempo
ris ſui redigebant. Poſt hec aſſuerus ex
altauit aman amalechitē qui erat de ſtir
pe agag quem ſamuel trucidauit. et ado
rabant eum ſui regis. preter mardochēū
qui propter patrias leges coram eo genu
non flectebat. Quod attendens amā in
dignatus eſt ⁊ accipiens eum hebreū eſſe
ait. Pecſe liberi flectunt genua. hic aute
ſuus dedignatur. Et diſpoſuit perdere iu
deos qui erant in regno aſſueri. veteri mo
tus odio. quia iudei deleuerāt amalechi
tas. Duodecimo itaq; anno regni aſſue
ri. menſe primo miſſa eſt ſors in vrnam q
hebraice dr phur coram aman quo die et
quo menſe gens iudeoꝝ deberet interfici.
et exiuit menſis. xii. Tunc ait aman ad re
gem. Intereſt regi tuare pacem. Nouer
ca autem pacis eſt diſſimilitudo. Eſt enī
gens ī regno tuo diſſimilis ceteris. nouiſ
vtens legibus. inſuper ⁊ regis ſcita contē
nens. Expedit tibi vt non inſoleſcat. De
cerne ergo vt pereat. Et ne diſpendiū ſen
tias in tributis. decem milia talentorum.
appendam archarijs gaze tue. Tulitq;
rex anulum quo vtebatur. et dedit illum
aman dicens. Argentum tuū tibi ſit. ⁊ de
populo age q̄ tibi placet. Tunc ſcripſit
aman ex nomīe regis literas anulo regis
deſignatas in oīs prouincias. vt occide
rentur iudei a paruulo vſq; ad ſenem. et
bona eoruz diripentur. xiii. die mēſis. xii.
Stratimq; in ſuſis pependit edictuz. Mō
cum legiſſent iudei fleuerunt. Sed ⁊ mar
dochæus indutus eſt ſacco. et aſperſus ci
nere magna voce eiulabat pre foribꝫ pala
cij. Non enim fas erat indutos ſacco in
trare palacium. Quod cum accepiſſet he
ſter. conſternata eſt. et miſit ei veſtem qua i
duitus intraret ad eam. quam accipere no
luit. ſed ſignificauit ei per eunuchum cau
ſam fletus et exemplar edicti quod pende
bat in ſuſis miſit ei. monens eam. vt intra
ret ad regem. et ſupplicaret ei pro populo
ſuo. Que rñdit. Jam. xxx. diebus nō ſum
vocata ad regem. et decretuz eſt. vt qui nō
vocatus acceſſerit moriatur. niſi forte ex
auream virgam ad eam extenderit. Rur
ſumq; mardochæus ad eam. Quid ſcis vi
trum idcirco ad regnum veneris. vt in tri
tpe pareris? Si nūc ſilueris. p aliuz li
berabit dñs populum ſuum. et tu ⁊ dom?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

patris tui peribitis. Tunc mandauit hester mardochæo vt omnes iudei qui erant in susis per triduum ieiunarent et orarẽt pro ea sed ipsa ieiunauit. Die aũt tercia induta regalibus. sterit in atrio dom⁹ contra basilicam regis cũ duabꝰ puellis. qrũ vna incũbentẽ sustinebat. altera sequens longitudinem vestis summis digitis deportabat. At rex sedebat supra solium contra ostium domus. Qui cũ respexisset eaz torvo vultu. collapsa est. Cunctꝫ vidisset hester lapsam. placuit ei. et extendit cõtra eam auream virgam. Que consurgens et accedens. osculata est summitem virge. et ait rex. Quid vis hester? quicquid petieris dabo tibi. Que rñdit. Obsecro vt venias ad me hodie. et aman tecum ad cõuiuium. Et surgens venit ad eã. et fouẽs eam gremio. consolabatur dicẽs. Noli timere. pro subditis lex data est. tu vero mihi conregnas. Veneruntꝫ ambo ad conuiuium regine. Cunctꝫ rex bibisset abunꝺanter ait. Pete quod vis hester. et impetrabis. Que respondit. Obsecro vt veniat cras rex et aman ad conuiuiũ. et indicabo eis cor meum. Egressus est itaqꝫ amã lerus. Cunctꝫ vidisset mardochæum non assurrexisse sibi indignatus est. et vocãs vxorẽ et amicos. exposuit eis omnẽ gloriã suam. addens qꝺ eum solum cum rege hester vocauit ad conuiuiũ. Veruntamẽ se nil habere reputabat. dum viueret mardochæus. Et dixerunt ei. Jube parari trabem. l. cubitorum. et suggere regi. vt appẽꝺatur mardochæus in ea. vt sic eas lerus cum rege ad conuiuium. Et iussit parari crucem. Noctem illam rex duxit insomnẽ et iussit sibi legi annales. Et ventum ẽ ad locum vbi scriptũ erat qꝺ mardochæus nũciauerat ei facinus eunuchorꝫ. Et ait rex. Quid honoris psecutus ẽ mardochæ? pro hac fide? Et dixerunt ei. Nihil. Et quesiuit rex quis esset in atrio. Et dixerunt pueri aman. Ipe enim intrauerat. vt suggereret regi de morte mardochei. Cũctꝫ vocatus intrasset aman. dixit rex ad eũ. Quid debet fieri viro quem rex vult honorare? Qui cogitans pro se dictum esse. respondit. Debet indui stola regia et coronari diademate. et sedere super equm regis. et primus de principibꝰ teneat equũ. et per ciuitatem incedens clamet. Sic honorabitur quem rex voluerit honorare. Dixitqꝫ ei rex. Festina. et fac vt locutus es mardochæo. Caue ne quicqꝫ ex his que locut⁹ es prætermittas. Et fecit aman mardochæo vt locutus fuerat. Qui prius renitebatur putans sibi illudi ab aman. sed ꝓgnita veritate consensit. Et rediit mardochæus ad fores palacij. Aman vero festinabat in domum lugens et operto capite. Et dixerũt ei amici eius. Si de semine iudeoꝝ est mardochæus ante quem cadere cepisti. non poteris ei resistere. sed cades. Et ecce nunciꝰ regis compellebant eum intrare. et intrauit cum rege ad conuiuiũ. Et ait rex. Pete qꝺ vis hester. Que respꝺit. Dona mihi animam meam et populum meũ ne pereamus. Utinam in seruos venundarer̃ et gemens tacerem. Et ait rex. Quis est qui hæc audeat facere? Que respꝺit. Hostis noster est iste aman. Qꝺ ille audiens obstupuit. Rex autẽ iratus surrexit et intrauit in ortum. aman vero supplicabat regine pro anima sua. Cunctꝫ reuersus esset rex. repit aman corruisse super lectulum in quo iacebat hester. et ait. Etiam reginam vult opprimere me presente. Et dixit arbona eunuchus. En lignum quod parauerat mardochæo stat in domo amã. Et ait rex. Appendite illum in eo. Et suspensus est aman in patibulo. et dedit rex hester domum aman. Et ingressus est mardochæus ad regem. Confessa est enim hester. qꝺ patruus eius esset. Et dedit rex anulum mardochæo quez aman recipi iusserat. Hester autem constituit mardochæum super domum suam. Que iterũ flens procidit ad pedes eius. supplicans. vt veteres literas quas scripserat aman pra iudeos nouis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

epiſtolis irritaꝝ. Et acquieuit rex Et ſcri
ſit mardochæus literas anulo regis ſigil
latas ad principes prouinciarum. ne occi
derentur iudei imo illos qui parati erant
ad occiſionem iudeorum interficerent iu
dei. et manus principum eſſet cuꝝ eis. Et
factum eſt nomen iudeorum celebre. ita vt
plures de gentibus religioni eorum iũge
rentur. Et recordat⁹ eſt mardochæus ſom
nij qđ viderat. et interpretationem eius
intellexit. et hoc erat ſomnium. Apparue
runt ei voces et tonitrua ⁊ terre motus ſu
per terram. Et ecce duo dracones parati
contra ſe in prelium ad quorum clamorẽ
nationes excitate ſunt vt pugnarent con
tra regem iuſtorum. et fuit dies illa tene
brarum ⁊ diſcriminis. Et perturbata gens
iuſtorum clamauit ad dominum. et ecce
fons paruus creuit in flumen maximum
et orta eſt lux magna. et humiles exaltati
ſunt et deuorauerunt inclitos. ¶ Porro
in ſecunda epiſtola quaꝝ ſcripſit p iudeis
excuſauit ſe rex in hunc modum. Ne pute
tis ſi diuerſa iubemus ex animi leuitate
venire. ſed pro neceſſitate temporuꝝ ferre
ſententiam vt rei publice poſcit vtilitas.
Multi ſublimati a regibus. honore colla
to abuſi ſunt in ſuperbiam. et in ipos qui
dederunt moliuntur inſidias. Aman ⁊ a
nimo ⁊ genere macedo. et ex obliquo com
maculans genus perſarum adeo intumu
it. vt regno nos priuare niteret et ſpiritu
Nam mardochæum cuius fide viuimus
et conſortem regni hester cum omni gẽte
ſua nouis machinatiõibꝫ expetijt ad mor
tem cogitans. vt illis interfectis. noſtre ĩ
ſidiaretur ſolitudini. et regnum perſaruꝝ
transferret in macedones. Nos vero nu
tu dei viuentis cuius beneficio patribus
noſtris regnum traditum eſt. et vſqꝫ ho
die cuſtoditum iudeos abſoluimus. et ho
ſtes eorum interfici iubemus. Igitur. xiij
die menſis. xij. percuſſerunt iudei hoſtes
ſuos plaga magna per prouincias vſqꝫ ad
lxxv. milia. Quartadecima vero die cele
brauerunt conuiuia cum gaudio. partici
las ſibi inuicem mittentes. In ſuſis vero
interfecerunt. d. viros. Et in .xiij. die ob
tinuit hester a rege. vt adhuc occiderẽtur
in ſuſis hoſtes iudeorum. et ſuſpenſi ſunt
decem filij aman. et de alijs circiter. ccc.
perierunt. Et ideo iudei qui habitabant ĩ
ſuſis duobus diebus occiſioni vacantes
xv. die conuiuia celebrauerũt. Et propte
rea mandauit hester et mardochæus hos
duos dies in numero ſolenniratum reci
pient dies phurĩ. id eſt ſortium obſeruari.
a iudeis vt memoriam facti nulla deleret
obliuio. Hos tamen dies vocat ioſeph⁹
conuerſatores eo qđ iudei de merore ĩ gau
dium conuerſi fuerant. Scripſit etiam
mardochæus ad iudam ſummuꝝ ſacerdo
tem in ĩrl̃m. qui patri ſuo heliſaphat ſuc
ceſſerat. vt dies iſti ſolennes haberentur
in iudea in ſempiternum. In diebꝫ aſ
ſueri athenienſes. xxiij. literis vti ceperũt
cum antea .xvi. tantũ vterentur. Deno
nes galli duce brenno romam inuaſerũt.
et excepto capitolio incenſam vaſtauerũt
vi. menſibus tribuni militares pro con
ſulibus eſſe ceperunt. Obijt anaxagoras
phiſicus et eraclitus tenebroſus ⁊ demo
critus. et ſocrates in carcere venenum bi
bit. diogenes ⁊ yſocrates claruerunt. Ari
ſtoteles audiuit platonẽ. xviij. ānũ agẽs.

De octo. Capũ. II.

Octauiuꝫ re
gnauit annis ſex. qui octo
bus diebus eſt. Hic miſit vagoſum prefectũ vni
uerſis regionibus trans flumen Erat au
tem in ihĕruſalem ſummus ſacerdos io
hannes. qui iude patri ſuo ſucceſſerat Et
erat autem frater iohannis ihĕſus. qui ad
pontificatum aſpirabat. et propterea va
goſi familiaritatem ſibi cõparauit. Qua
confidẽtia ihĕſus altercatus ĩ templo ad
uerſus iohannem. adeo incitauit fratrez
vt eũ ĩterficeret. Vñ vagoſus indignat⁹
aſcendit in ihĕruſalem. Cuncꝫ phiberent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

eum ab ingressu templi. Respondit Vñ dioz ego sum cadauere quo templum p/ phanastis. Et ingressus in templum spo liauit illud. Et imposuit iteruz ministris templi tributa ⁊ annonas anni. vij. a qui bus per interuentū esdre absoluti fuerāt. Porro artarxerses scilicet ochus. egiptū ad suum reuocauit impium. nechanabo rege in ethiopiam pulso. in quo egiptio/ rum regnum destructum est. Idem och? a podasmo iudeozum capta in hircaniam accolas translatos iuxta mare caspiū col/ locauit. Eo tempoze romani gallos su peruenerunt Demostenes ⁊ ysocrates cla/ ruerunt. Obijt plato. post quem pseusip pus tenuit achademiam.

De dario filio arsami. Ca. III.

Post ochum re gnauit filius eius arsamus. Et mozuo iohanne in ihzrusalem succes/ sit ei filius eius iadus in sacerdotiū Pt? arsamum regnauit filius eius darius. Hic prefecit regionibus trans flumen sa/ raballam. de genere cuthzozum. ex quib samarite descenderunt. Erat autem iado frater manasses ad pontificatum anhelās propter qō ysacham filiam saraballe du xit vxozem. Cuncq ministraret in sacerdo tio idignari sunt ihzosolimite. et iubebāt eum recedere ab vxoze. aut nō introire sa crarium. Itaq manasses cum vxoze tran stulit se ad socerum suuz. Qui pollicitus est vt edificaret ei templum instar ihzo/ solimozum super montem garizin. ꝛ hoc cum sententia regis faciendum erat. Interim autē ꝺdidit ei abisam vel abi/ glam qui est mediterraneus vicus tyrio/ rum ⁊ insignis. Et transierunt ad manas sen plures de ihzosolimitis. quibus sara balla pecunias ministrabat. terram colen dam deputabat. et habitationem. Eo tempoze manlius torquatus cōsul roma norum. filium suum virgis cesum securi percussit. qz contra imperium consulū cuz hostibus pugnauerat. et tamen expugna/ uerat. De alexandro. C. IIII.

Per idē tempus philippus rex macedonum. p in sidias peremptus est a pausania. tralxente genus ab horeste. Cui successit alexander filius eius adoptiuus. quia legitur nota nabi filius vicesimum agens annū. Qui volens obtinere syriam. transijt hellespon tum. Et congregati sunt aduersus eū duces darij qui erant trans flumen. et super granicum fluuium expugnauit eos. Cun cꝫ percussisset lidiam ⁊ yconiam. peuenit ad loca pamphilie. Tunc darius filiꝰ ar/ sami electum collegit exercitum ⁊ transi/ uit eufraten ⁊ montem cilicie taurum spe rans in cilicia eum expugnare. Tunc ga/ uisus est saraballa. putans qꝺ pr? victoriā occurreret dario. et edificationem templi ab eo impetraret. qō pollicitus erat gene/ ro suo. ipe quidem longeuus a prelijs va cabat. sed aliter cꝫ speraret euenit. Paz vi ctus est darius a macedonibꝰ ⁊ capta ma tre eius vxore ⁊ filijs. ad persas fugiēs re/ meauit cum paucis. Tūc alexander cepit aspirare ad monarchiaz oriētis. et intrās syriam cepit damascū. et subiugata sido ne tyrum obsidebat. Tunc saraballa eli/ gens de suis. viij. milia in alexandriam. p fectus est in auxilium. dicens se libentius obsequi ei cꝫ dario. et qꝺ loca ꝺstituta sub potestate sua ei contraderet. et grate susce ptus est ab alexandro. Preterea dixit ei se habere generum manassen fratrem pri cipis sacerdotum gentis iudee. multosq alios cum eo presentes et ea gente quos velle aiebat sub eo templum constitutis locis edificare. quod profuturum alexan/ dro testabatur. qz potētia iudeoz in duo diuisa nō rebellaz

Cōcedēte ꝺo alexā/ dro omni studio edificauit saraballa in templū ⁊ alta

Ecce tercio legitur templum edificatū a salomone in ihe/ rusalem in egipto ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

re qđ pmansit vſq; Choca saraballa.
qđ ad destruccionem facraz per romanos
et in eo manassen pstituit pontificē. Po2
ro dum alexander erat in obsidione tyri.
scripsit epistolam ad principē sacerdotuz
in irlm. inuitans eū vt sibi preberet auxi/
lium. z exercitui venalia prepararet. z red
deret sibi tributa que prius dario confere
bat. Et rndit iadus se dario sacramentuz
dedisse. nec eo viuente posse transcendere
constituta Tunc comminatus est alexan
der genti iudeoz. qđ per eum discerēt. qui/
bus deberent constituta suare. Tunc inie
cris aggeribo. tyrum fecit continentē. id ē
cum prius esset insula. fecit eaz contermi/
niam terre. qua vastata gazā obsedit. Et
mozuus est saraballa. Alexander autem
capta gaza in ihzosolimam festinabat.
Et timentes iudei clamauerunt ad dñm
et immolabant hostias. z iadus ozabat p
gente. Qui cum post sacrificium obdoz/
misset. precepit ei deus vt confideret. ser/
tisqz. idest cozinis ciuitatē ornaret. et ipe
pontificalibus idutus. et reliqui sacerdo
tes cum eo legittimis stolis induti obuiā
exirent alexandro. Ipe surgens a sopoze.
oraculum omnibus indicauit Audiensqz
non longe esse a ciuitate alexandrum. pro
cessit cum sacerdotibus z ciuium multitu
dine sacra. ad locum qui saphim appella/
tur. quod latine tranflatum scopulum so
nat. vnde ihzosolima et templum domi/
ni videri potuissent. Et factum est contra
spem omniū qui sequebantur regem. Nā
alexander intuens antistitem pontificali
stola insignem. et super cydarim laminaz
auream in qua scriptum erat nomen dei. de
scendit de equo. et adrt eum solus. et no/
men dei adozauit. et pontificem venerat?
est. Et obstupuerunt principes exercitus
et ludificatam regis mentem putauerūt.
Solus parmenius quesiuit ab eo. cur sa
cerdotem gentis iudee adozasset Et rndit
Non hunc adozaui sed deum. cui princi/
patum sacerdotq gerit. Nam per somniū
in tali habitu deū prosperi. adhuc in licia
ciuitate macedonie constitutus. Dum qđ
mecum cogitarem. vtrum asiam possem
obtinere. iussit me confidere. Nam ipe ex
ercitum meum perduceret et persarū mi/
hi traderet principatum. Hunc autez pri
mo vidi in hoc sacerdote ipius effigiez. et
que mihi promisit prouētura confido. et
propterea deum adozaui. et hominem ve
neratus sum. Et ingressus est vrbem ale/
xander. et in templo sacrificauit deo secū/
dum sacerdotis ostensionem. Et attulerūt
ei danielem. in quo scriptum erat. quen/
dam grecozum perditurum persarū potē/
tiam. et arbitrans de se scriptum esse gau
sus est. Et in crastinum conuocans popu
lum iussit petere que vellent. Et ipis pe/
tentibus concessit iudeos vbiqz prīs vti
legibus. et septimum annum sine tribu/
tis esse. pter sabbatum terre. quia septio
anno non colebatur terra Et exinde ad a/
lias ciuitates profectus est. Tunc samari
te videntes eius munificentiam circa iu/
deos. cognatos se dixerunt esse iudeozum
originem suam ab effraym z manasse re/
censentes. Et postulauerunt vt templuz
eozum in garizim honozaret. qđ in redi/
re facturum promisit. Cumqz peterent ab
eo relationem. vij. anni. quesiuit qui es/
sent. Et dixerunt se hebreos. Cumqz adde
ret vtrum essent iudei. negauerunt se iu/
deos esse. Et respondit. Judeis tantū hec
concessi. Porro nos sub silentio pertran/
simus. qualiter alexander darium vicit z
porum. et quomodo consiluit arbores so/
lis z lune. et cetera ammiratōne digna. q̄
preceptori suo aristoreli per epistolam in/
dicauit. ad ea que circa populuz dei gesta
sunt festinantes.

De reclusione. x. tribuū. Ca. V.

Taqz cum venisset alexander ad montes caspios. miserūt ad eum filij captiuitatis decem tributum. Et edicto enim tenebantur egredi non licere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

postulantes ab eo egrediendi licentiã Cũ q̃ quesisset causam captiuitatis. accepit eos recessisse a perre a deo israel. virtutẽ auxilis immolando ꝛ per ꝓphetas dei predictũ esse eos a captiuitate non redituros. Tũc respondit q̃ artius eos includeret. Cũq̃ angusta viaꝝ obstrueret molibꝫ birumnaris. videns laborem humanũ nõ sufficere. orauit deũ israel. vt opus illud ꝓpleret. Et accesserunt ad seinuicẽ prerupta montiũ. et factus est locus immeabil'. Et quo liquido aparet nõ esse dei voluntatẽ vt ereant. Egredientur tñ circa finẽ mũdi. magnã hoĩm stragem facturi. Et vt ait iosephus. Deus quid facturus est ꝓ fidelibus suis si tñ fecit ꝓ infideli: Cũq̃ rediss set alexander in babilonẽ sumpto veneno vsum lingue amisit. ꝛ extremã voluntatẽ suã scripto expressit. Et noluit monarchiam suam in aliquẽ transferre. ne aliquis par ei in potentia apud posteros legeret. et. xij. quos ab adolescentia sua socios habuerat. regni successores istituit. Hec autẽ institutio nõ sterit. Nã. iiij. ex his tantũ altis abiectis regnauerũt. sicut ĩ historia danielis est comprehensum. Josephus est aũt cũ esset annoꝝ. xxx. duoꝝ. et. xij. annis regnauit. Et ỹ a quibusdam q̃. xij. alexandrias edificauit. ꝓ numero annorũ quibꝫ regnauerat. Jpe in amone cõdidit parathomũ. i. virtutis sue indiciũ scilicet arcum triumphalem.

De ptholomeo sother. C. VI.

Et regnauit post eum in egipto ptholomeus. qui ꝛgnominatus est sother. Qui cum regno suo adiecisset siriã. apposuit vt adiceret ꝛ iudeã. Et ascendens in ier'm die sabbati. sciens ea die iudeos arma nõ moturos. sub simulatõne sacrificandi deo nullo cõtradicente intrauit. Unde scõm iosephũ quidius sabaratchides iudeos ridiculos appellauit. qui ꝓ superflua superstitione graue dãnũ sustinuerũt. Ptholomeꝰ nãq̃ multos de iudea ꝛ gariz ĩ captiuos trahens ad egiptũ rediit. Et venditioni exponens eos a negotiatoribꝫ nationum distracti sunt et dispersi. Et per hãc captiuitatem licet non fuerit generalis. diffusi? dispersi sunt in nationes. Unde in actibꝫ apostoloꝝ legitur. quenisse ĩ ier'm iudeos ex omni natõne que sub celo est. Jado põtifici successit filius eius onias. cui successit filius eius simõ iustus. cui successit frater suus eleazarus ꝓ onia filio simonis adhuc puero. Eo tpe apius claudius cecus rome claruit. qui aquas claudias induxit. et viaz apiam strauit. Theophrastus phũs claruit. qui a diuinitate loquendo vt ait cicero nomẽ accepit. cẽsu rome agitato inuenta sunt ciuium. cc. lxx. milia. condite sunt a romanis arimínum ꝛ beneuentum.

Quia ꝓ hoc munerum ciuiũ deprehẽdunt.

De ptholomeo philadelpho. C. VII.

Post ptholomeum sotherem regnauit ĩ egipto philadelphus. Hic studiosus et librozꝝ cupidus. demetrium bibliothece sue prefecit. Cunq̃ quesisset ab eo de numero librozũ xx. milia adesse respondit. sed paulopost tpe vsq̃ ad. l. milia posse peruenire dixit. Et nunciatũ sibi dixit apud iudeos esse legem ore ipius dei editam. et digito ipius scriptam. pro qua sũmope laborandũ esse dicebat. vt in grecum couersa eloquium. in archiuis regalibus haberetur. Hec enĩ erat lex dei quem philosophi zena dicũt. id est viuentẽ. zeni enĩ viuere vel vitam sonat. quem vulgus appellat iouẽ. Et ad ostendẽdam legis eius sanctitatẽ addidit. q̃ non nisi a dei viuentis cultoribꝫ tranferri potuisset. Nam et theopompus cum historijs quas scribebat eam voluisset interserere. versus est in amentiam per dies xxx. Theotectus quoq̃ pro causa eadez factus est cecus. et penitentes sanati sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et ſuggeſſit regi. vt ſcriberet pontifici iu/deorum vt iudeos hebree ⁊ grece lingue peritos ad ipm dirigeret cum lege dei. qui ad eam transferendā ſufficerēt. Q vt impetraret munera cum epiſtolis mittenda cenſuit. Aderat ibi ariſteus. qui longo tē/pore iudeoꝝ calamitari ꝓpatiēs opportunitate liberandi eos iuuenta ait. Quomodo quod poſtulas obtinebis. tot iudeis in regno tuo fuientibꝰ? Solue itaq eos et nil gratius erit pontifici iudeoꝝ. Nec ob hoc qđ dico me iudeoꝝ affinē eſtimes. ſed quia ſcio tua intereſſe. ſi factorem omniū deum honorueris. Et liberauit rex de iudeis. c. xx. milia. dans dñis eoꝝ pro capite. c. xx. dragmas argenti. Cunq dixiſſet rex hoc magnū eſſe. dixerūt. Magnū quidem eſt. ſed non regi munifico. Tūc ſcripſit rex eleazaro in hunc modū. Gentem tuam que ſecus nos erat libertate donauit arbitrans hoc deo eſſe iocundum quoruz quoſdam militie aſſignaui. alios quoruz fidem approbauerā conſtitui in palacio. Leges vero veſtras in noſtra bibliotheca reponere decreui. Beneq facies mittēdo nobis viros ſeniores. qui valeant interpretationē earū caute nobiſ relinquere. Trāſmiſi modo argenti. c. talenta. pro immolationibus faciendis. et ſeparaui. l. talenta auri ad crateras ⁊ ligatoria facienda. ⁊ gemmas ſine numero ad artificum optionem. Tu manda nobis. que ex his voluerīs fieri. qđ gratius amplectemur. Tūc mittens ad eū eleazarus. qđ poſtulabat reſcripſit ita. Ad interpretandā legē quaz poſtulas miſi viros ſeniores de vnaquaqꝫ tribu. vi. legem ferētes. Tue āt pietatis erit iuſticie. ad nos eā caute remittere. Hi ſunt hebreorum interpretes. qui licet. lxxij. fuerint more ſacre ſcripture. lxx. dicuntur q modicum numeꝝ os. vt ſupra capit. ſi ſupꝫ aliquā ſummam ſuperexcreſcit iiij. per idem tēpus ſepe ſubricet. Qui cum veniſſent ad regē benigne ab eo collecti ſunt. non tamen ad regem intromiſſi vſqꝫ in diem quintum Imminebat enim ea die ſolennitas triumphalis pro triumpho. ſcilicet quodā. quē maiores ſui eadem die habuerant Ea igitur die ſuſcepit eos quos coram vniuerſitate principum decreuerat honorare. Poſt ſuſceptionem vero duodecim diebus fuerunt cum rege. et ſciſcitatus eſt ab eis q̄ i corde ſuo diſpoſuerat. et precipue de duobus. de cognitione dei ⁊ gubernatione regni. Cunq inſtruxiſſent euz de regni adminiſtratione. plenius diſputauerunt de vno deo colendo. et q̄ nulla creatura deꝰ eſſet. Inde eſt q̄ vbicunq occurrit eis de trinitate. vel ſub ſilentio tranſierunt. vel enigmatice tranſtulerunt ne tres deos colendos tradidiſſe videretur. Dimiſiterer de incarnatione verbi. facientes. vt in yſaia. Qui cū diſſet puerum vobis naſciturum. et addidiſſet. vi. ei? noīa quoꝝ vnū eſt deꝰ. pro illis. vi. nomibus tranſtulerunt magni conſilij angelus ne videretur tradidiſſe hominem deificatū. Tunc oſtenderūt regi rotulum quez attulerāt. Hec ſufficiebat admirari rex cartarum tenuitatem ⁊ compaginationem. que oculis deprehendi non poſſet. q̄q̄ littere auree ī cartarum adeo legibiles apparerēt. Unde in yſaya. et vocabit nomē eius ammirabilis cōſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi princeps pacis ſpō his oīnibꝰ tranſtulerunt magni conſilij angelus. q̄ tranſlatione vſus eſt gregorius. qui eccleſiaſticum officium ordinauit. quoꝝ tranſlatōne vtitur vbicūq̄ vel poſteri vel alterius auctoritatez inducit cū tū eccleſia tranſlatiōe iero. vel vulgari vtāt in bis oīnibꝰ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Introducti autem sunt in domum regis secus mare secretam. que erat ad negocium deliberationem. Et date sunt eis celle singule. et quicquid visum est eis oportunū et comodū ad interpretandū. Dolucro egrediebant ad opprandū regi bona et policronitudinem. Tunc lauabant se ad mare secundum purificationem iudeorū. post ea interpetrabantur usq ad horam nonam. Inde transibant ad cibum. et requiem et psumauerunt opus. hr. duobus diebus Unde quibusdam visum est q non transtulerunt tunc nisi pentateucum Postea vero. vel postq redirent. vel post aliqui ex eis ad regem redeuntes trā stulerunt psalmos et pphetas. Clerū tamē si miraculose factum est vt dicit augustinus. q vna et eadem sine dissonantia inuenta sit editio omnis cuiusq eorum minus miraculose fieri potuit. vt in tot diebus interpretari sint legem psalmos et pphetas. Iero. tñ videtur velle. q interpretationes. vi. dierum in sabbato conferebant ex omnibus constantes vnam. Nec mirandum esse hoc asserit. cum esdras legem quā per spīm reparauerat. postea cū veteri scriptura que apud samaritanos erat conuerit. Decere completo cōuocauit demetrius qui super libros magister erat omnes iudeos qui erant in alexandria. et de prouincia peritōres. Et lecta est coram omnibus translatio eorū et approbata Post ea delata est ad regē et coram eo replicata Cunq; peterent interptes a rege dari auctoritatem vt immobilis pseueraret. hec se facturū laudauit. si demū ita caste conrigerent eam vt quod semel iudicatū foret. non cogerētur irritare Et remisit eos muneribo honorato. Eleazaro quoq; summo sacerdoti transmisit munera. In templum vero misit preter vasa menlam auream. gēmis impciabilibus insignitam. cuius crassitudo cum esset dimidij cubiti tñ materia supabat op?.

Policronitudo declaratio que fit ab ecclesia pro regibo pōtificibus principibo terre et optat eis bona spiritualia et temporalia. et eterna. et temporis longitudinem. Polis enī grece pluralitas latine cronos tēpus. Eld hucapud grecos talis consuetudo ē. vt cum surgunt mane templum respicientes clamant policronitudo basileas. id est multum tēporis viuat rex.

Eo tempore sostratus farum in alexandria construxit. aratus claruit. argenteus numus primus in vrbe figuratur. Romanos carthaginenses nauali prelio vicerunt. metello consule fugato.

Hoc fuit vnum de mirabilibus mundi. vt dicit plinius Phar? enī erat turris altissima in litore maris ita. nō in terra fundata. iz super cancros. iiij. vitreos posita et tante magnitudinis. q ignis in summo positus in nocte totuz fere litus irradiabat. Septēcrū arati admiratione est dignum nam in id saxa iacta resiliunt.

Deeuergete. C. VIII.

Post philadelphum regnauit frater eius ptholomeus euergetes qui ab egiptijs euergetes victus ē. q? reuocationē sonat. q? post vastatā syriā et ciliciam et partē asie inter innumera spolia q cepit. etiā deos eoz quos cābises in psas transuexerat reuerit. Iudeoz pontifex onias simonis iusti filius. cui successit simon filius eius. sub q ibūs filius syrach libz sapientie qui ecclesiasticus dr cōposuit quem panaretheon vocāt Et predicti simōis in eo facit mentionem. Porro onias cum tributa negasset euergeti. ze-

Tres libros salomō fec Ecclesiasten qui sic incipit. Vanitas vanitatū. parabolas siue prouerbia q hebraice masslot dicūtur. Cāticа

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lo legis vel potius ex auaricia vt dicit Iosephus qui eum inhonorum fuisse testatur. compulit regem in iram. Et missus est legatus a iudeis eriaz inuito onia ad regem. Iosephi vir nobilis thobie filius et sororis onie. Hic habuit filiū hircanū. cuius dum puer esset probauit pater prudentiam tradens ei .ccc. iuga boum sine loris Qui non soluz pacem reformauit. sz remissus est a rege duz iudee. et finitimarum regionum. Eo tempore ennius tarentinus a cathone questore romā translatus est. parco sumptu contentus. Et vnius ācille ministerio .xl. ferme milia gallozum a romanis cesa sunt. Apud rhodū collosus magnus terremotu corruit.

De philopatre. Ca. IX.

POst euergetē regnauit filius eius ptholomeus philopater. Post quē ptholomeus epiphanes Post quē ptholomeus philometor. quē vicit rex sirie antiochus magnus et iudeā sibi subiugauit. Pontifex iudeorū fuit onias magnus simonis filius. Ad quē ad repandum fedus qđ legit fuisse inter abrahā et maiores suos .lacedomoniorū rex arius legatos misit. Porro antiochus rex tributa .vij. anni et ministrozum tēpli q philadelphus relaxauerat a iudeis reuocauit. Qui dū finitimas regiones sup modū infestaret. delata est res ad romanos. Et missi sunt ad eū scipio nasica. et scipio affricanus. et ab infestatiōe sub religione iurisiurādi amouerūt eū. Insup tulerūt ab eo obsidem filiū eius seleucum primogenitū. quez volens recipere ab eis tradidit pro eo filiū minorem natu antiochuz epiphanē. ita q esset obses perpetuꝰ id est nō rediturus. pter eiusdem antiochi seuiciā. Descendit onias in egiptum ad ptholomeū epiphanē sic supdictum ē. et occisus est in pside antiochus i fano nanee. et mēbratim eiectus a sacerdotibus. Qui in dolo prmiserāt ei thesauros. et cuz paucis iduxerēt eū in aditū vt supꝰ dictū ē.

De seleuco. Ca. X.

POst antiochum magnū regnauit in siria filiꝰ eiꝰ maiorꝰ seleucus pessimus. sed ineps Pontifex iudeorꝰ fuit onias. Nam onia transeunte in egiptū. filius eius simō sedit pro eo Cui successit filius eius onias. Sub hoc misit seleucus nūciū helyodorū i ierlm ad spoliandū prmune erariū tēpli. Quo ingresso in tē/ plū surrexerūt duo vasa sz donaria in vsus tēpli. iuuenes de latibulis et occiderūt eū. Videtur iosephus velle angelos fuisse in similitudie hominū. In scdo machabeorꝰ libro legitur. qz apparuit terribilis sessor equi et conculcabat eū et prfractus ē. et mutus factus sed nō mortuus. et duo iuuenes decori flagellabāt eū. Timēsqz onias indignationē seleuci. orabat ad dñm pro reūcro et surrexit Qui rediēs ad regē ait Si habuerit dñs meus aliquos quoꝰ sciat sanguinē. mittat eos in ierlm vt spoliēt tēplū.

Eo tpe aristobolus natōe iudeus peripateticus phūs scripsit prmētarios explanatōnū i moysē ptholomeo philometori

De antiocho Epiphane. C. XI.

ADiensautem antiochus epiphanes qui rome obses erat. p pcem mortuū. sciēsqz fratris ierrā. de regno sirie habēdo psumēs

Q; ſurgens a cena lauit pedes diſcipulorum.Caꝑ.cl.
De notatione proditoris ⁊ egreſſu eius. Caꝑ.cli.
De eukariſtia data diſcipulis ⁊ nõ iude. Caꝑ.clij.
De predictione negatõis petri .caꝑ.cliij.
De ſmone dñi poſt cenam.caꝑ.cliij.
De trina oratione dñi in villa gethſemani.caꝑ.clv.
De ligatõe dñi ⁊ ſanatõe auricule ſerui. Caꝑ.clvi.
De fuga adoleſcentis.ca.clvij.
De prima negatõne petri.caꝑ.clviij.
De ſcõa ⁊ tercia.caꝑ.clix.
De ſententia mortis lata in ihñm.ca.clx.
Prima illuſio .caꝑ.clxi.
De ſuſpendio iude.ca.clxij.
De ꝓbis pilati ad ihñm ⁊ iudeos.c.clxiij.
Q; herodes illuſit dño.caꝑ.clxiij.
De ſcõa illuſione.ca.clxv.
Q; pilatus hora ſexta ſedit pro tribunali. Caꝑ.clxvi.
Q; pilat⁹ q̃ſi nolẽs tradidit ihñm vt crucifi geretur.ca.clxvij.
De illuſione militũ.ca.clxviij.
Tercia illuſio.ca.clxix
De ſimone cireneo.ca.clxx.
De diuiſiõe veſtiũ ⁊ tũica ſorcita .c.clxxi.
De titulo triumphali.ca.clxxij.
De diuerſis meritis latronũ.ca.clxxiij.
Q; dño go virgini cõmiſſa eſt.ca.clxxiiij.
De tenebris factis a.vi.vſq; ad horaz nonam.caꝑ.clxxv.
De clamore dñi ad patrẽ.caꝑ.clxxvi.
De morte dñi p⁹ guſtatũ acetũ.c.clxxvij.
De ſignis in morte dñi.ca.clxxviij.
Q; fractis cruribꝫ latronũ xp̃s lancear⁹ eſt.ca.clxxix.
De ſepultura dñi.ca.clxxx.
De ſepulcro dñi.ca.clxxxi.
De cuſtodibꝫ ſepulcri.ca.clxxxij.
De aduẽtu mlierꝫ ad ſepulcrũ.c.clxxxiij.
De alio ordine dierũ.caꝑ.clxxxiiij.
Opiniões de hora reſurrectõis .c.clxxxv.
Q; angli locuti ſunt mlieribꝫ. c.clxxxvi.
De curſu iohãnis ⁊ petri.ca.clxxxvij.
Q; dñs apparuit magdalene. c.clxxxviij.
De mendacio cuſtodũ.ca.clxxxix.
Q; dñs apparuit mlieribꝫ ī via.ca .cc.
De duobꝫ euntibꝫ in emaus.ca.cci.
Q; dñs apparuit illis abſente thoma. ca.ccij.
Q; poſtq̃ comedit cũ eis.inſufflans dedit eis ſpiritũ ſapie.ca.cciij.
Q; apparuit thome.ca.cciiij.
De apparitõe ad mare tiberiadis.c.ccv.
Opiniones de morte iohannis.c.ccvi.
De apparitione dñi in galilea.ca.ccvij.
De aſcenſione dñi,caꝑ.ccviij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Hystorie euangelice. De cõceptiõe p̃cursoris domini. Cap. I.

FVit autẽ in diebus herodis regis iudee effluxis annis regni eius. vnde trigita sacerdos nomine zacharias de vice abia. & vxor ei? aaronica nomine elizabeth. Dauid enĩ ampliare volens cultum domini. xxiij. instituit summos sacerdotes. quorũ vnus tm̃ maior qui dicebatur princeps sacerdotũ. Statuit autẽ. xvi. viros de eleazar. et octo de ythamar. & scõm sortes tedit vnicuiq; ebdomodaz vicis sue. Habuit autẽ abias octauã ebdomodã de cui? genere zacharias cũ i die ꝓpiatiõis incensum poneret p̃dixit sibi angel? nasciturũ sibi filiũ de vxore. Qui cõsiderãs sterilitatẽ vxoris & vtriusq; senectutẽ non credidit. et ob hoc obmutuit vsq; ad diẽ part?. Nomẽ quoq; pueri et magnificentiã cũ abstinẽtia ei indicauit. Cõcepit autez elizabeth. et occultabat se mensibus quinq;.

De cõceptione saluatoris. C. II.

MEnse autẽ sexto missus ẽ gabriel in nazareth ad mariã desponsatã ioseph. Cũq; ea salutasset. dixisset eã paritura iesum filiũ altissimi quelisset q; quomodo hoc fieret cuz se non cognituraz virũ in animo voluisset. nisi aliter de? disponeret. Angel? addidit. nõ de viro sed ope spũssancti cõceptura. etiã cõcepisse cognatã suã elizabeth sibi indicauit. Permixte enĩ erant sacerdotalis tribus & regia. Nã & aaron vxorẽ habuit de iuda. elizabeth sororẽ naason. & ioiada põtifex iochabeth filiã regis ioz̃. Et ait maria Fiat mihi secundũ verbũ tuũ. Et statim cõceptus ẽ christ? de virgine plenus hõ in anima & carne. ita tamen q; lineamẽta corporis & membrorũ. visibus discerni non possent. Creditur autem cõceptus octauo kalẽdas aprilis. et revolutis. xxviij. annis eadẽ die mortuus est.

De ortu p̃cursoris. C. III.

EXurgẽs autem maria abijt in ciuitatẽ iuda. Iuda nomẽ est regni nõ tribꝰ. Hierusalem enĩ in tribu beniamin erat. perquã forte transiuit ad opidũ. in quo dicunt tũc zacchariã habitasse quarto miliario a hierusalẽ & ibi natũ iohannẽ. Et legit̃ i libro iustorũ. q; beata virgo primo eũ leuauit a terra. et cũ salutasset elizabeth. exultauit infans in vtero eius. et cũ martẽ domini sui. et beatã eã ꝓpheraret elizabeth. edidit maria domino canticum dicẽs. Magnificat anima mea dominũ. Mãsit autẽ maria ibi mẽsibus tribꝰ ministeãs cognate donec pareret. et tũc redijt in domum suã. Octauo autẽ die cũ circũcideret puer & vocarẽt eũ nomĩe patris sui zachariã ait mater. Johãnes ẽ nomẽ ei?. Idipsuz scripsit & pater. sumpto pugillari. Est aũt pugillaris tabella que pugno potest includi. vt calam? scriptoris. et apertũ ẽ os zacharie. et ꝓpheras canticũ fecit domino. Benedictus dominus de? israel. Et q; hec duo cantica euãgelica sunt. iõ stantes ea cãtamus. Puer enĩ crescebat & cõfortabat̃ spiritu. & erat in desertis locis vsq; in diem ostẽsionis sue ad israel. Reuertẽs autẽ maria nazareth. inuẽta est a spõso in vtero habẽs. Qui nolẽs eã traducere in coniugẽ occulte voluit eam dimittere. In somnis autẽ admonitus est ab angelo vt acciper eã in cõiugẽ. & ne suspicaret̃ adulteriũ. conceptũ puer de spiritu sancto idicauit. & vt iesum vocaret p̃cepit. q; saluũ faceret populuz a peccatis eorum. Ex hoc cognouit ioseph deum nasciturum. qui solus peccata dimittit & accipiens sponsam in vxorem. cum virgie virgo pmansit Habuit autẽ virgo virum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ne grauida infamaretur. et vt viri solacio et ministerio frueretur. et vt dyabolo oc cultaretur dei partꝰ. Hec duo cantica nō cantātur in ecclesia eo ordine quo sūt edi ta. Prius enim cantaē quod scdo est edi tum. Quia eñ in cantico zacharie legiē Et erexit cornu salutis. quod est factum in resurrectione. ideo canitur in laudibus et loquitur ad puerum qui fuit aurora so lis. Et quia legiē in cantico virginis. Re spexit humilitatem ancille sue ecclesie scz et ipsius marie. quod quidem factum est in. vi. etate. ideo canitur ad vesperas. vi. scz officio diurno. Tercium canticū sime onis qđ sequitur cantaē in. vij. officio id est in completorio. quia orat se dimitti in pace. qđ fit in. vij. quiescentium

De descriptione orbis. Ca. IIII.

In diebus illis exiit edictum a cesare augusto vt describè retur vniuersus orbis. Volens cesar scire numerū regionū in orbe que romane sub erant dictioni. numerū eñ ciuitatū in q̄ libet regione. numerū quoq; capitū in q̄ libet ciuitate. p̄ceperat vt de suburbanis oppidis vicis et plagis ad suā p̄fluerent homines ciuitatē. et maxime vbicūq; ha bitarent ad ciuitatē q̄enirent vnde tra herent origineē et quisq; denariū argente um p̄cij. r. numorū vsualiū vnde denari us dicebatur p̄sidi prouincie tradens se subditū romano imperio profiteretur. Hā et numus ymaginē preferebat cesaris. et superscriptionē nomīs. Et quia numer? eoz qui censi capite ferebant certo nume ro determinabant et redigebātur in scri pris. ideo professio huiusmodi descriptio vocabatur. Hec descriptio prima facta a presidē syrie cyrino. Prima dicitur ḡntū ad cyrinū syrie presidē. quia eñ in dea in vmbilico zone habitabilis esse dicit. pro uisum est vt in ea inchoaret. et deinde per circumstantes regiones alij p̄sides prose querent. Vel forte prima vniuersalis. q̄ alie precesserant particulares. Vel forte prima capitū in ciuitate fiebat a p̄side se cūda ciuitatū in regiōe a legato cesaris. ter cia regionū in vrbe coram cesare. Hic primū in dea facta ē stipendiaria romanis. Hec de scriptio singul' annis fieri videt. quia in euāgelio legit. Magister vē nō soluit tri butū hocāno. Ascendit aūt ioseph a naza reth in bethleem. eoq; eēt de domo dauid vt p̄fiteret cū maria vxore sua p̄gnante. Si mulieres, p̄fitebant. iungendū est sic vt profiteretur cum maria. Si soli viri sic est ordo. Ascendit ioseph cum maria.

De natiuitate saluatoris Ca. V.

Factum est autē cum essent ibi. peperit virgo filiū suum primogenitū non post quē alī us sed ante quem nullus. et pannis involutum reclinauit eū in p̄sepio. quia nō erat ibi ei locus in diuersorio. Dicitur q̄ fenum in quo iacuit dies⁹ delatū est ro me ab helena. et est in ecclesia sancte ma rie maioris. Infra basilicam non longe a p̄sepio quiescit hieronimus. Paula quoq; et eustochiū in bethleem quiescit. Difficile fuerat pauperibus p̄frequen tia multorum qui ob idipsum conuene rant vacuas inuenire domos. et in com muni trāsitu qui erat inter duas domos operimētum habens qđ diuersorium di citur se receperūt. sub quo ciues ad collo quendum vel ad cōuisendum in diebus otij vel p̄ aeris intemperie diuertebāt. Forte ibi ioseph p̄sepium fecerat boni et asino quos secum adduxerat. in quo re positus est dies⁹. Ad qđ quidā referūt il lud ysaie. Cognouit bos possessorem suū et asin? p̄sepe domini sui. Et illud aba cuc. In medio duum animalium cogno sceris. Etiam in picturis ecclesiarum que sunt quasi libri laicorū hoc repesen tatur nobis. Natus est autē saluator an no regni augusti cesaris. xlij. Annos eñ duodecim qui a morte iulij fluxerat vsq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ad actium bellū. regno augusti connume
ram? Anno vero regni herodis. xxx. vni
uerso orbe pacato
olimpiadis cente
sime nonagesime
tercie. a l'. xxiij. āno
ab vrbe cōdita. dcc.
l. ij. natus est dñs
Natus est autē no
cte dominice diei. qz si rabulā computi re
tro pcurras. inuenies huius anni cōcur
rentem quintuz regularē ianuarij terciū
Quibus iunctis et sublatis vij. remanet
vnum. Itaqz kal'. ianuarij i dominica in
uenies q cōcurrunt. Nam ea die q dixit
fiat lux. t facta est lux. visitauit nos ori
ens ex alto. Inchoata ē vero scōm quos
dam. vi. eras a natiuitate xpi scōm apo
stolum qui ait. Cū venerit plenitudo tē
poris. tc. Scōm alios a die qua baptiza
tus est. ppter vim regenerationiz datam
aquis. Scōm alios a passione. quia tūc
apta ē porta t ichoata ē q damnō vij. q
escēnū. Fluxerūt quidē ab adā āni q̄nqz
milleni centū nonaginta sex. a l's nonagi
tanouē ab abrahā duo milia. xij. scōz. lxx.
scōm hebreos vero longe pauciores.

De cantico angl'orum t circumcisione
domini. Ca. VI.

ET pastores erāt
secū do miliario a bethleē i regi
one ea tē custodiētes vigilias noctis sup
gregē suā. Nos fuit antiquioribz i vtro
qz solsticio vigilias noctis custodit ob so
lis veneratione. qui forte apud iudeos
ex vsu cohabitantiū inoleuerat. Et ecce
angl's sterit iuxta illos annūciās eis na
tum saluatorez in
bethleem t i signū
positū puerū in p
sepio nūciauit. Et
facta est cū angelo
multitudo angelo
rum dicentiū Glo
ria in excelsis deo.
et i terra pax homi
nibus bone volūta
tis. qz pxpm glorificatus est pater. t pax
facta est inter deū t hominē. inter angelū
t hominē. inter iudeū et gentilē. In ge
stis pontificū legit'. q ea que secūtur euā
gelica verba thelesphorus adiecit. Pro
hac multitudine angelorū vl' p grege pa
storum volūt quidā illū locū. pl'rtice di
cum turrim gregis. ibi. t tu turris gregis
nebulosa. cū tñ iam primo ptraxerat hoc
nomē locus. id. qz iacob gregez ibi pauit
cū rachael parturiret. Et transeuntes pa
stores vsqz bethleez inuenerūt verbū q̄d
factū erat ad eos. t qui audiebāt mirabā
tur sup his q dicebant' a pastoribz ad eos
Maria quoqz cōseruabat oīa vba hec cō
ferens in corde suo. de q natus est hiesus
vt putabat' filius ioseph. xpi em̄ genera
tio scribit. Prima quidē hois cōditio de
terra. scda de latere viri. tercia ex viro t fe
mina. q̄rta sicerat ut nasceretur sine viro
hō de femia. Vñ t appropriata circūlocu
tione p noīe xp̄s. filius hominis dictus est
Prima t scda generatio ruerūt. i tercia
de ruina generamur. in q̄rta de ruina su
sciramur Octaua die circūcidēr puerū
t declarauerūt nomē eius esse hiesum q̄d
impositū erat ei ab angl'o priusqz cōcipe
retur. De stella t magis. Ca. VII.

DEciadecima
vero die ecce magi venerunt
ab oriente hierosolimā dicentes. Vbi est
qui nat' est rex iudeor? Vidim' em̄ stellā
ei' in oriente. t venim' adorare eū. Suc
cessores fuerunt isti doctrine balaam qui
stellā nouerūt ei' vaticinio. t a magnitu
dine scientie magi nūcupati sunt. Quos
em̄ greci philosophos. pse magos appel
lant. Venerūt em̄ de finibz persarū t cal
deorum vbi fluui' est saba. a quo t sabea
regio dicit'. Quidā tñ non eos primo di
cios magos putant. sed postqz dolū hero

m ij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dis fefellerunt per aliã viam reuertentes Crisostomus dicit stellam multo ante tẽ pore q̃ christus nasceretur apparuisse eis ꝛ ita multo tempore de longinquo venerunt ¶ Potuit tamen fieri. vt in tredecim diebus super dromedarios sedentes lõgã terrarũ spacia transmearẽt. Audiens magos herodes rex turbatus est. ꝛ omnis hierosolima cũ illo. Timuit rex ne quis de semine hircani vel aristoboli natus esset regnaturus. se tãquam alienigena destituto. Turbat autem ciuitas nouitate miraculi percussa. Cũq̃ diligenter didicisset rex ortum stelle a magis vt per eum natalem pueri cognosceret. etiam a sacerdotibus ꝛ scribis scisciabatur. vbi christus nasceretur. Qui iuxta micheam in bethlehem effrata nasciturum dixerunt. Bethlehez prius dicta est effrata ab vxore caleph que ibi sepulta est. quam quidam suspicantur filiã fuisse vr. et marie sororis moysi. Postea vero post famosam sterilitatẽ. pro qua elimelech cũ domo sua abijt moabitas. cum reddita fuisset ei incredibilis vbertas. dicta est bethlehez que sonat domus panis. Dixit autem rex magis. vt inuentũ puerũ sibi indicarẽt. vt veniẽs adoraret eũ. Jam enĩ animũ direxerat ad perdendũ puerum. Quos egredientes de hierusalẽ stella antecedebat. vsq̃ dũ veniẽs staret supra domum vbi erat puer. Dicit fulgẽtius. stellam tũc creatã notabilẽ ꝛ discretã a ceteris Et in splẽdore q̃ eam lux diurna nõ impediuit. Et ĩ loco. quia neq̃ in firmamẽto cũ stellis minoribus erat. neq̃ ĩ ethere cũ planetis. sed in aere vicinas terris tenebat vias. Et in motu. q̃ prius ĩmobilis sup iudeã. magis dedit signũ veniẽdi in iudeã. qui ex deliberatione sua hierusalẽ tanq̃ caput iudee adierũt. Quibus egressis. tunc primo motu notabili p̃cessit eos stella. que peracto officio mox esse desijt. reuertẽs in preiacentẽ materiã vnde sumpta fuerat. Tamen quidã tradunt bedã voluisse q̃ in puteũ bethlehemitanũ ceciderit. et post in diebus paule ꝛ eustochij quasdã virgines deo dicatas eam miraculose vidisse. Quod quia fabulosum esse iudicauerũt. fratres cum quibus monastica ducebat vitam eum a cõmunione sua quandoq̃ separauerunt.

De oblatõe ꝛ noibꝰ magoꝝ. C. VIII.

Egressi vero magi domũ quã diuersoriũ lucas nominat obtulerũt puero singulariter thus ꝛ mirrã. secundũ sabeis cõsuetam oblationẽ. Inde significantes eũ regem deum. sed mortalẽ. Nomina trium magorũ hec sunt hebraice. Appellio. amerus. damasius. grece. galgalath. magalath. sarachim. Qui cũ deliberarent de reditu. responsum est eis in somnis. ne redirent ad herodẽ. Et veniẽtes tharsum sicilie conducto nauigio redierunt in regionem suam.

De ypopanti domini. C. IX.

Et postquã impleti sũt dies purgatiõis marie tulerũt puerũ in hierusalẽ vt sisterẽt eũ dño. i. offerendo p̃sentarẽt. Et dederunt hostias ꝑ eo par turturũ ꝛ duos pullos columbarũ. Insup redemerunt eũ. v. siclis argẽteis. Et erat in hierusalẽ symeõ seneꝝ. qui acceperat a spũsancto nõ visurũ se mortẽ nisi prius videret christũ dñi. Et tũc eodẽ spũ venit in templũ ꝛ accipiens puerũ in vlnas suas sciẽs eũ christũ ait. Nũc dimittis dñe. ꝛc. Et ꝓpheras de passione christi ait ad mariã. et tuã ipsius animam ptransibit gladius. i. passio ipsius. Nõ enim sine materno dolore potuit videre crucifigi filiũ. et si surrecturũ sperare. Vel ita. Animaꝝ ipsius que ꝛ tua est quã. s. quasi tuã diligis pertransibit gladius. Eadẽ hora supuenit anna ꝓphetissa. et loquebat de illo omnibus qui expectabãt redemptionẽ israel.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

De fuga dñi in egiptū. Ca.X.

TVnc herodes vidit q illusus esset a magis. Videns enī herodes magos nihil sibi renunciasse. putauit eos visione stelle decep tos. ꝛ erubuisse redire ad eū. et iō ab inquisitione pueri cessauit. Sed cū audisset que dicta fuerāt a pastoribus. et maxime ꝓphetias simeonis ꝛ anne sensit se illusum. ꝛ de morte puerorū bethlehemitarū tractabat. vt ille quē ignorabat cum eis occideret. Propterea p ammonitionē angeli fugit in egiptū ioseph cū puero ꝛ matre ei? vsq; ad obitū herodis. Cū q; ingrederet dñs in egiptū. corruerūt ydola egipti scom ysaiā qui ait. Ecce dñs ascendet dñs nubē leuē ꝛ ingredietur egiptū. ꝛ mouebūtur simulacra egipti. Traditū quoq; q; sicut in exitu filioꝝ israel de egipto nō fuit domus egipti in q̄ deo procurāte nō iacet mortuū primogenitū. ita nec mō fuit in egipto tēplū in quo nō corruisset ydolū.

De nece puerorū ꝛ q̄re dilata per annum. Capi.XI.

HErodes autez cū de nece puerorū disponeret. citatus ē per epistolā ab augusto cesare. vt romā iret accusationi filioꝝ rūsurus. Tū ioseph? dicit. q; alexandrū filiū suū secū romā traxerit. et veneni sibi parati reum apud cesarē postulauerit. Qui cū iter faceret p; sicliā audiēs naues tharsensium magos trāsduxisse in spū vehemēti ꝓbusset naues tharsis scom q̄d dauid ꝓphetauerat in .xlviij. psalmo. In spū vehementi cōteres naues tharsis Cū ergo cōtra cesare discepta sset pater cū filijs. hac lege facta est reconciliatio. vt adolescentes patri in omnibꝰ obedirēt. ipse autē regnū dimitteret cui vellet. Nondū tū herodes a suspitionibus liberatus est. Veniēsq; hierosolimam populo cōuocato tribusq; filijs astantibus. et concordiam fratrum a cesare factam exposuit. et se successorꝭ iudicē cōstitutum. ne iudei regnū ad suos redituru esti marēt. Tunc cōfirmatus in regno herodes certi? q; prius mittēs occidit omnes pueros. qui erant in bethlehē ꝛ in omnibꝰ finibꝰ eius. a bimatu ꝛ infra. scom temp? q̄d exquisierat a magis Quorū maxima pars. iij. miliario a bethlehē vsq; ad austrū sepulta est. Pluriū sentētia ꝛ visitatio? hec é. Oriq; didicerat herodes stellā eadē die qua natus erat dñs. et scom ortū stelle dñm anniculū esse sciebat ꝛ aliquot insup dierū. Ideoq; ipse supra etatē eius vsq; ad bimos ꝛ infra vsq; ad vnius noctis infantē deseuit in pueros. timens q; pueri morphoseon. i. cōmutationē. ne. s. puer cui sidera famulabant supra etatē suā vel infra faciē sua trāsformaret Crisostom? autem dicit stellā apparuisse per annū ante dñi natiuitatē. Credebatq; herodes tūc eriā dñm fuisse natū. et sic putabat dñm bimū fuisse. cū adiectiōe paucorū dierū. ꝛ iō occidit pueros bimos ꝛ deinceps vsq; ad .v. annos sed nō minores bimis. et exponit bimatū ꝛ infra scom rationē numeri. Sicut enī ratiōe tēporis minores bimis iferiores sunt eis q; post nati sūt. ita rōe numeri maiores bimis iferiores sunt eis. q; post eos numerant Cui assertioni videt fidē facere q; quedā ossa innocentū habent adeo grādia que bimoꝝ esse nō possent. Pōt trī dici ad hoc q; lōge maioris tūcerāt hoīes quāritatis q; mō.

Qō cōminatio hieremie etiam ꝓphetia fuit. Cap.XII.

TVnc impletū ē illud. hieremie. Vox i rama audita ē. ꝛc. Rama locus ē iuxta gabaa .vij. miliario distans a bethlehez. vbi fere deleta est tribus beniamin ꝓpter vroꝝ leuire. pauci supstites planxerūt mortuos suos. Hoc aūt videt hieremias iduxisse potius comminando q; prophetando

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Minabatur enim ũminere tantã ruinã duabus tribubꝫ quanta facta fuerat in filijs rachel. cũ plangentiũ vox audita ẽ in rama. Ñ etiã ꝓphetauit de nece paruulorũ. vt matheus ait. ⁊ tũc rama non eſt nomẽ loci. Sed qz rama excelſum ſonat idẽ eſt ac ſi diciſſet. vox in excelſo audita ẽ. Videꝫ quoꝫ debuiſſe dici lia plorãs filios ſuos. cũ bethlehẽ ſepulta eſt. ꝓphetico locutionis mõ dicit ea egiſſe que in loco eodẽ gerebant. Et noluit cõſolari. qz non ſunt id eſt incõſolabiliter dolebat de eo ꝙ non ſunt. i. de eo ꝙ mortui eſſe deſierãt. Innocentes quidẽ martires dicunt̃ lato vocabulo. nõ qz teſtes chriſti. ſed qz ꝓ chriſto occiſi ſunt. quẽ ſi nõ loquẽdo. morientiũ cõfeſſi ſunt. Pro quo etiaz eccleſia ꝓ eis ſolẽnizat. Quis ad inferos deſcẽderint. Ubi ⁊ in eorũ ſolẽnitate cãtica leticie ſubtricent̃. ſ. te deũ laudam⁹. ⁊ gloria in excelſis deo. ⁊ palleluia quidã dicũt. laus tibi xpe. aliꝫ. cantemus eya.

De nece duorum filiorum herodis Capitulum. XIII.

Factum ẽ autez vt quoniã herodes multos orbauerat filijs. ipſe ſuis miſerabilius orbaretur. Nam per aſtutiã antipatri iterũ facti ſunt ſuſpecti. alexander ⁊ ariſtobolus patri. Ob hoc ſcripſit herodes auguſto. in multis accuſans filios. Viſit autem auguſtus ſaturnũ ⁊ peanũ legatos cũ reſcripto. vt cõã his duobus coacto conſilio procerũ filios iudicaret. et de eis ſi cõuicere eos poſſet faceret quod vellet. Audito autẽ hinc ⁊ inde ptib⁹. legati illos dãnãdos pnunciauerũt. nõ tamẽ morte. Tũc apud ſebaſten pater coniecit eos in vincula. Cõplices vero eoz apprehenſi torquere pater. vt cõfeſſione eoz certiorare tur. ſi in animã ſuã aliquid machinaren tur filij. Cõfeſſus eſt autẽ quidã multa ſi bi ab alexandro pmiſſa ſi patri venenũ ꝓpinaret. Cõfeſſus eſt etiã tõſor de pmiſſis ſibi muneribꝫ. ſi dũ pararet patri barbã eum iugularet. Addiditqz diciſſe alexandrũ. nõ eſſe ſpẽ ponendã in ſene qui canos tingebat vt videret adoleſcẽs. His motus herodes. miſſis ſpiculatoribꝫ iuſſit filios occidi. ⁊ aſportari in alexandriã ibiqz ſepeliri cum alexandro auo ſuo materno.

De priori teſtamento herodis et odio ipſius ⁊ antipatre. C. XIIII.

Hinc inſcripſit teſtamentũ herodes. et antipatrem futurũ regem inſtituit. et herodem qui cognomiabat antipas ſubſtituit antipatre. Antipater vero intolerabile odium populi excepit. cunctis ſcientibus. ꝙ fratribus ſuis cõſeruiſſet calũnias. Ob hoc etiã ⁊ pateriã eũ nõ recto oculo aſpiciebat. Ad hec etiã antipater moleſtꝰ erat patri. ꝙ fratrẽ ſibi ſubſtituerat eo ꝙ ad filios ipſius antipatris regnũ trãſire nolu iſſet. Alia quoqz maior cauſa iudicie orta eſt ei in patrẽ. Naz pupillos filioz quos occiderat paterna dilectione fouebat. a/ liꝫ nepotibus ſuis eos copulans in matrimonio. Erant autem ſcõm ioſephum puuli relicti de ariſtobolo. herodes agrippa. qui iacobũ occidit gladio. et herodiadem quã poſt herodes antipater abſtulit philippo fratri ſuo. Tũnuit ergo antipatre ne ad pupillos fratrũ ſuoz qñqz regnum reuocaret herodes. qz eos ex pte matris cõtingebat. Cõmouit etiã ferozã in odiuz herodis. adeo vt ferozas ſecederet a fratre ⁊ habitaret in terra que cõceſſa ei fuerat trans iordanẽ. Ipſe vero etiã patre volẽte quibuſdã excogitatis occaſionibus romaz ꝓperauit. efficaciſſimũ venenũ a q/dã venefica arabica comparans. et apud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

vrozē ferozē reponēs. qđ interi dū ipe ab esset p ministrū quē cōduxerat patri ppi/ nareť. Qđ herodes carcerauit anti/ patrē insidiantē vite eius. Cap. XV.

CVm autem an tipater romę esset. mortu? est fe rozas. accepitq herodes de veneno repo sito apđ vrozē ferozę. p ancillā iracunde a dña sua recedentē. Iraq euocata vrozę fratris relictā. afferre venenū eā iubet. Il la vo q̄si allatura egressa de tecto se dedit p̄cipitē. ꝯ semiuiua ad regē allata ait. Cū moreręť frater tu? vir me? ait mihi. Affer hucmulier venenū qđ reliquit no/ bis antipater. meq videte in igne consu me. ne ad iferos cōscientiā fratricidi. vl/ tricē ferā. Ego vo magnā ei? partē i igne cōsumēs. modicū mihi ꝓter dubios ca/ sus. q̄ temeruebā reseruaui Cūq piri/ dē cū veneno, ꝓtulisset. expirauit. Accep/ tis quoq alijs pluribus argumētis. q̄ an/ tipater i mortē p̄is grassareť. herodes eū matrure reuocauit. matreq illi? repudia uit. Cunq filiū de parricidio publice ac/ cusasset. p̄sente varo syrie p̄side qui illis diebo hierosolimā venerat. posuit eū i cu stodiam apud ierichonta.

De magīt udie morbi herodis. C. XVI.

CVnq cōplices filij quereret pē. vt eos cū filio ex quisitis pimeret supplicijs. grauiori mor bo ipedit? ē Accedebat q̄ senect? cū ānos iā. lxx. nat? erat. animūq ei? filiorum cla des grauiter affligebāt Erāt aūt i hieru/ salē duo sophiste. quos non pauci adole/ scentū sectabanť cū leges exponerēt. his opportunū visuz ē rege thabescēte vt aqui lā aureā deiicerēt. quā rex sup. maximam portā tēpli cōtra patrias leges posuerat. Qua delecta rex cōmot? animi magnitu dine morbū supauit. q̄ i cōtionē ꝓcedens. in oēs hierosolimitas iniuriā hāc refun/ dere nitebať. Sed ad p̄ces populi i solos auctores vltus ē Illos ergo qui funibuť dimissis aquilā cōciderāt. viuos incēdit cū duobo sophistis. Debinc varijs affli/ gebať languoribo. Nā febris non medio cris erat. prurigo intolerabilis in oī cor/ poris superficie. assiduis vexabať coli tor mētis. pedes itercutaneo vicio tumue/ rāt. putredo testiculorū vermes genera/ bat. creber anhelit? q̄ iterrupta suspiria. que ad vindictā dei ab omnib referebā tur. Ipse vo iordanē trāsiens apud calli onē calidis aquis vtebať. Cūq corp? ei? oleo calidiori foueri medicis placuisset. i archā plenā demersum ita dissolutū est. vt etiā lumia q̄si mortu? resolura torque ret. tū ad clamorē astātiū ꝛspicere viš? ē.

De nobilib iudeis occidēdis i morte herodis q̄ de morte antipris. CXVII.

CVnq rediisset ierichō. audiens iudeos mortez suam expectantes cum gaudio. ex omni iudea nobiliores collectos. iuuenes con/ cludi precepit in ypodromio id est in car/ cere circi. precipiēs salome sorori sue. vt cum animam suam efflaret statim illos occideret. vt ita omnis iudea in morte ip sius. etiam in vita plangeret. Nuncij ve ro quos romam miserat redeuntes. epi/ stolam tulerunt a cesare vt antipatrez in exiliuz daret. vel si mallet morte damna ret. Quo nuncio paululum recreat?. cuz pomū quo libenter vescebatur. porrexisset. cultellum quoq ad incidendū poposcit. stantiq cum tussi vehementi distende/ retur. circūspicientes ne quis arbiter im/ pediret. se percussurus dexteram sustulit Sed acciabus consobrinus eius dexte/ ram continuit. statimq vlulatus quasi rex esset mortuus in regia excitatus est. Quo audito antipater exultans multa custodibus promittebat. vt eum solue/ rent. Quod cum accepisset herodes. gra/ uius tulit exultationem filij q̄ mortem. q̄ cōtinuo missis satellitibus occidit eū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

sepeliriq̃ pcepit i hierico mutans testamentū archelaū regni scripsit successorē. ita tamen q̃ ab augusto susciperet diadema.

De morte herodis ⁊ substitutione archelay. Ca. XVIII.

POst mortē autem filij. v. diebꝫ exactis mortuꝰ ē herodes. xxx vij. āno. postq̃ a romanis rex declaratus erat. In alijs fortunatissimus in rebꝫ domesticis infelicissimus fuit. Salome vꝫ quos occidi mandauerat absoluit. Et sepeliuit euꝫ archelaꝰ in herodio iuxta mandatū ipsiꝰ. nihil regij ornatꝰ in funeris pōpa ptermittēs. Septē autē diebꝫ in lugēdo patrē consumptis. epulisq̃ ferialibꝫ prolixe populo exhibitis. qui mos iudeorū ob expēsas funerū multos depauperauit. candida veste indutꝰ. ascendit in templū. varijsq̃ fauoribꝫ a plebe susceptꝰ est. Sedēsq̃ pro tribunali dixit. se etiā a regis nomie velle tempare. donec a cesare confirmata foret successio, pmittēs q̃ patre meliorꝫ oībus appareret. Quo circa alij tributa leuari. alij vectigalia tolli. quidaq̃ solui custodias acclamabāt. Postulatꝰ autē archelaꝰ annuēs. celebratis hostijs erat cū amicis in epulis.

De lite fratrū pro regno corā Augusto. Capi. XIX.

ORta est autem seditio. que i nouis rebꝫ accidere solet. Plurimi enī sophistaꝝ pro defensione legis occisos lugebāt. omēs fere pōtificē quē herodes pcio creauerat amouēdū, pclamabāt. Instāte autē azimorum die. cū turba ab īmolatiōe phiberet pōtificē. archelaꝰ misso ciliarcho. verbis eos priꝰ sedare attēptauit. Cū autē vulneratū remississent chiliarchū missa grādi manu satellitū. archelaꝰ circiter. iꝯ. milia occidit. ⁊ p vocē pconis oēs ad, pria redire cōmonuēs. neglecta festiuitate oēs abiecit. Īpe vꝫ cū nicolao ⁊ ptholomeo secretarijs pris sui romā, pfectꝰ ē. salomāq̃ ⁊ filios eiꝰ secū duxit. vt cū testamēto extremā volūtatē pris sui testarent. philippo fratre regni procuratore relicto. Profectꝰ ē etiā romā herodes antipas. vt de regno habēdo disceptaret cū fratre. oratore hyrenco propter acrimoniā dicēdi plurimū cōfisus. Cesar quoq̃ accitis optimatibꝫ romanorꝫ. ptibus prosequēdi copiā dedit. ibiq̃ tūc primū gaiū ex agrippa et filia sua natū filiū adoptiuū sedere fecit. Archelaꝰ sibi regnum deberi asserebat. ⁊ etatis merito ⁊ scōi testamēti voluntate. Antipas vꝫ primū testamentū deberi ꝑuari aiebat. q̃ō pr̄ q̃ cōpos mētis esset i scripserat. Scōm vꝫ nullū fore. q̃ ipm pr̄ mētis ipos fecerat. Hā ⁊ tūc, pria manu se appetierat. Addebat quoq̃ q̃ archelaꝰ vmbrā regni detulisset ad cesarē. cū ipe corp̄ rerū gerēdarū sibi rapuisset. postremo q̃ initia prātis sue nouē milia occisorū sanguine maculasset. Cesar vꝫ rūsum differēs. secū de cognitis deliberabat. an aliq̃ē regni successorem cōstitui oporteret. an tori familie distribui principatū. pterrim cū ēas varias de syria accepisset. iudeos defecisse nunciātes. Interim quoq̃ mr̄ archelai mortua nunciat.

De quattuor regibꝫ i iudea. C. XX.

EOdez fane tempore quattuor reges surrexerūt in iudea. Hā in idumea duo milia veteranorū qui sub herode militauerāt regez creauerāt. Sephorī vꝫ galilee iudas filiꝰ ezechie latronū pricipis ab herode olim capti ⁊ interfecti diadema sibi īposuit. Trās flumē quoq̃ symon quidā ex seruis regalibꝫ vastitate corpis fretꝰ. a latronibus rex creatꝰ est. Pastores quoq̃ quēdā proceri corpis. cū pastor esset in finibꝫ iezrahel regē sibi statuerāt. Ob hec insinuanda cesari missus ē romā a varo phi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lippus. duabus tamē incidēter de causis vt archelao subueniret. & si regnū herodis nepotibus distribui placuisset. partē aliquā mereretē. Fuerunt etiā cū eo quinquagīta de iudeis honorati. qui octo milia iudeorū rome tūc degentiū secū traxerunt ad cesarē. Ante enim captiuitatē finalem. iudei p captiuitates particulares vbiq; dispsi & venūdati fuerant. Quos vt audiret cesar. in palatini appollinis templo sedit cū amicis. Illi vero tyrannidez herodis & filiorū eius in iudeos explicantes supplicabant romanis. vt iudee reliquias misericordia dignas iudicarēt. et vt ius antiquū regni sibi restitui. aut syrie cōiungi finibus. aut per romanos iudices iudeam amministrari.

De simulatu alexandro. C.XXI.

Eodē tempore quidā natione iudeus. in sydoniorū oppido educatus. quasi similimus alexandro herodis filio. quē & pater interemerat. venit in iudeā unstinctu cuiusdā liberti herodis. qui omnes actus regios optime sciebat. qui asserēs sibi regnū deberi. tum quia maior filī herodis. tū q; ex pte matris sue mariannes eī cōtingebat. Cūq; plures iudeorū sequaces haberet. romā quoq; profect? est. Igīt iudei romā degētes. visendi eī studio circumfluebāt. Scisciatusq; qualiter viueret. aiebat. lictores miseratos fratrū. alios similes eis morti subiecisse Aristobolum quoq; fratrē adhuc viuentē in cypro vel creta latere. Sed cesar optime vultū alexandri sciens. quē dū rome studeret puer amasiū habuerat. cū patre quoq; post disceptantē plenius notauerat. fallaciaq; simulitudinis animaduertit. misitq; ladū qui & alexandrū bene cognosceret. vt ad se iuuenem adduceret. vitā sibi pollicēs. si tante fraudis prodidisset auctorē. Cūq; ille confessus esset se talia simulasse ad questū. risit cesar. suasorēq; eius iussit interfici. falsumq; alexandrū propter habitudinem corpis. numero vernigū iseruit. Hunc alexandrū poeta vocauit formosū alexim id est delicias domini.

De diuisione regni. Cap. XXII.

Eodem cōsilio senat? habito cesar monarchiaz herodis distribuit. medīā partē. s. iudeaz & ydumeā tradēs archelao sub nomīe ethnarchie. pollicit? se facturuz eū regē si se dignū p̄buisset. Mediā vo partē i duas secuit tetrarchias. cessitq; in partē herodis tetrarche regio trās flumē & galilea. Iturea vero & trachonitis. et auranitis philippo destinata ē. Fact? ē igit archelaus q̄si diarch?. monarch? vo nunquaz fuit. Cū ergo eū legeris monarchū fuisse noue annis post patrē. itellige scōm opinionē vulgi dictū. et scōm sui iactātiaz. q̄ se futurum regē scōm promissum cesaris iactabat. Et sic remissi sunt in iudeaz tres fratres cum sedissent rome. iiij. mensibus euentum rei expectantes.

De reditu iesu ab egipto. et de morte glasire. Cap. XXIII.

Archelaus vero nō solū in accusatores suos. verū etiā in sibi subditos crudelius pīe desevit Cuius regni anno primo. angelus dixit ioseph vt rediret cū matre & puero in terram israel. Qui rediēs ab egipto post annos septem cum audiret q̄ archelaus pro patre regnaret in iudea. voluit illo ire. Et admonitus ab angelo iuit in galileam. et mansit in nazareth. Dicitur ibi fons esse paruus de quo puer iesus hauriebat. et ministrabat matri dum subditus erat eis. In hoc loco inuenies super Matheum. et Archelaum totius regni monarchaī post patrem. et herodem regnantem in galilea. Porro de infantia saluatoris & operibus eius vsq; ad baptismum non legitur in euangelio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

nisi q̄ lucas dicit duodenē remānsisse i hie rusalē. et post triduū iuentū a pentibꝫ in medio doctorū audiētē. ⁊ interrogantē eos Sane archela? in cōtumeliā generis sui repudiauit mariamē frīs sui filiā quaz ei pē dederat uxorē. duxitqꝫ glaphirā filiā regis capadocū frīs sui alexādri quondā uxorē. ⁊ mortuo alexādro iube regi libie nuptā. mortuoqz iuba apō patrē mō in viduitate degentē. Que cū in iudeā redijsset. nupta archelao. videre visa ē astantē sibi alexandrū ⁊ dicere. Satisfibi fuerat libitū matrimoniū. sz rursus reuersa ad penates meos fratri meo ipudēter cōiūcta es Te ergo lz iuitā recupabo. Que exposito hoc somnio vir biduū superuixit.

De exilio archelai. Ca.XXIIII.

Indem crebro accusat? archela?. a cesare aduocat. Quito quidē die priusqꝫ vocaret. nouē aristas plenas ⁊ maxīas a bobꝫ cōedi sōniarat. duōqꝫ accitos magos cōsuleret. symō esseus genere aristas ānos ⁊ boues rez mutatiōes iterp̄tat? ē. eo q̄ agros arādo verterēt ⁊ mutarēt. Jōqꝫ nouē ānis eū dixit regnaturū. varias aūt exp̄tū rez mutatiōes moriturū. Nono aūt p̄cipatus sui āno romā veniēs a cesare dānat? ē apō viennā ciuitatē galilee missus i exiliū. De primo procuratore iudee. Capitulum.XXV.

Jnibus autem archelai i puinciā redactis. procurator illuc missus ē a cesare ponius. qui ⁊ quondā cyrini collega fuerat. Cū missꝰ ē cōponi? i iudeā. cēsor patrimonioz. mīri sane iudeorū ⁊ maxīe quidā galile? symon populū icrepabāt. q̄ post deū dños ferrēt mortales tributarij romanoz. Cōponio ergo procurāte iudeā. die azimoruz cū mos esset media nocte tēpli portas aperiri. samarite quidā occulte venientes hierosolimā p cūctas porticus ⁊ per totū fanū ossa iecerūt mortuorū ⁊ exīde maior templi custodia exerceri cepit. ⁊ ante diē porte non aperiri..

De morte augusti. Capi.XXVI.

Otempore philippus sephorū reparās iuliā nominauit in honorez iulie uxoris cesaris. paneas quoqꝫ cesareā philippi dixit. Cōponio vero romā reuerso. successit marc? ei. sub quo salome sozor herodis defuncta ē. Sed ⁊ huic successit annius rufus. sub quo mortu? ē august? cū regnasset quinquaginta septē annos ⁊ mēses sex. ⁊ diebus decē. ex quibꝰ. xiiij. vel duodecim annis antoni? cū eo regnauit. Cū enī. xl. ij. anno regni ei? nat? esset dñs. qui. xv. tiberij anno tricesimo fuit. patet cesarē mortuū dño quintūdecimū annum agente. Quidā tamē. lvi. tantū annos regni ei? ponūt. Alij. lvij. dimidiū annuz ⁊ dies qui secuti sunt p anno ponētes. Mortu? est aūt anno vite sue. lxx vij. apud apellam ciuitatē cāpanie. gloriatus se vrbem marmoreā relinquere. quā latericiā inuenerat. ⁊ sepultus ē in marcio campo.

De tyberio imperatore ⁊ Valerio procuratore iudee. Cap.XXVII.

Successit ei tercius imperator tiberius nero. vxoris eius iulie filius. qui valeriū graccuz procuratorē misit in iudeā. qui questū putans pieratē. palam vendebat sacerdotij principatū. Qui amouēs annā ymaginem pontificē designauit. Sed ⁊ hūc nō multo post abijciens eleazarum anne filium subrogauit. Post annum ⁊ hūc arcens symonem instituit. sed ⁊ post annū ioseppum qui ⁊ cayphas apposuit. Tamen post annos .xi. relinquens iudeam romaz reuersus est. Cuius successor missus est a tiberio pōtius pilatus. sub quo herodes in honorem tyberij tyberiadem edificauit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

De odio iudeorum in Pontium pilatum. Ca.XXVIII.

In istē poribus tyberius multos reges ad se vocatos nō remisit. Inter quos etiā archelauz capadocē retinēs. regnū ei⁹ in puinciā vertit. z mazachā caput regni cesareā noiauit. Dane pilat⁹ hierusalē veniens. z statuas cesaris que z signis militaribꝫ inerāt secū deferēs. ignorātibꝫ iudeis eas in ciuitate cōstituit. cesareāqꝫ reduxit. Cuz autē plurimi de hierosolimitis ad eū descēdissent supplicātes de signis amouendis. nā ob legē iudeoz qui p̄cesserant iudee p̄curatores. sine signis vrbē ingredi cōsueuerāt. ꝟ p tribunali pylat⁹ milites armatos circū ponēs. mortē eis minabat si nō acquieuissent. At illi mortē potiꝰ eligebāt. qꝫ legē patriaꝫ p̄fanarēt. Admirās ergo pylat⁹ cōstantiā iudeorū i legalibꝫ īstitutis. auferri p̄cepit ymagines Iterū pylat⁹ hierosolimā veniēs. videsqꝫ vrbē aque penuria laborare. apuit gazophilacia tēpli z ex opibꝫ tēplo dicatis aqueductū cepit edificare suscipiens inicū torrētis qōstadioz duū miliū intervallo distabat. Judei vo acclamabāt. vt ab illo opꝰ cessaret. Ob hoc pylat⁹ multos iudeoz occidit plurimosqꝫ sauciauit. Intermissum ē autē op⁹ qz iudei legatio nē accusatōis i pylatū ad tyberiū direxerāt.

Lectionū ioseph de xp̄o. C.XXIX.

In hoc loco posuit ioseph⁹ cōmēdationē dñi ihesu in hūc modū. Fuit vo hisdez tēporibꝰ iesus sapiēs vir. si tñ virū eū noīare fas ē. Erat enī mirabiliū effector operū. z doctor eoz qui libēter que vēritura sūt audiunt. et multos quidē iudeorū. multos eē ex gētibꝰ sibi adiunxit. xp̄s hic erat. Hūc accusatione primoz nōe gentis cū pylat⁹ in crucē agendū esse decreuisset. nō deseruerūt eū hi qui ab initio dilexerāt eum. Apparuit. n. his ite⁹ viu⁹. scōz q̄ diuinitus īspirati p̄phete vel hec vel alia de eo futura p̄dixerāt. Sz z hodiernū diē xp̄i anoz. qui ab ipo dicti sunt. et nomen perseuerat z genus. Dea bp̄isto Jo bānis z p̄cipio sexte etatis. C.XXX.

Anno quintodecio īperij tiberij cesaris. sub valeriano z asiatico cōsulibꝫ. p̄curāte pōtio pylato iudeam. tetrarcha galilee herode philipo freei⁹ tetrarcha iturec. z traconitidis regiōis. z lysania abiline tetrarcha sub p̄cipibꝫ sacerdotū āna z caypha. factū ē verbū dñi sup iohānē zacharie filiū i deserto. vt baptizāret. z p̄dicās solaciū redēptiōis ānūciaret. Et vēit i oēm regionez iordanis baptizās baptismo pnīe. qz ad pnīam baptizādos monebat. et non nisi quos penitētes videbat baptizabat p̄dicās futurū baptismū i remissionē peccatoz. p c⁹ assuefactiōe etiā baptizabat. Dicebat. n. agite pnīam. appropinqbit. n. regnū celoz. Usqꝫ ad hūc annū tyberij. xv. cōputanē ab adā anni quinqꝫ milia. cc. xv. scōm. hebr. scōm hebraicā veritatē quatuoz milia. Anno vero tyberij. xvi. fuit annus iubileus. lxxi. Eodē anno dicūt qui dam sextā cyliadē icepisse. Quoz rationē hec ē. quia sicut in hoc anno terminata ē circūcisio z inchoauit baptism⁹. ita sexta etas icipit z quinta terminata est. Quidā ab incarnatiōe dominī initiū eius ponunt hac ratione. qz sicut sub quinta etate generalis fiebat cōputatio anno a prima olimpiade. tali vel tali. ita sub sexta dicit anno ab incarnatiōe dñi talī vel talī. Alij a passione dñi eā inchoasse testantur. dicētes. sextā z septimā quiescentiuz simul icepisse. In cronica vero ab iperio tyberij inchoata legit. Utebat autem iohānes cilicio de pilis camelorum z zona pellicea. Quodā locustarū genere esibili vescebat. z melle siluestri. Lūceribat ad eū oīs iudea. et baptizabantur in iordane

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Videns autem multos phariseorū ⁊ saducеorū veniētes ad baptismū dixit eis. ¶Progenies viperarū. quis vobis demōstrabit fugere a ventura ira. Facite dignos fructꝰ penitētie. et ne dicatis patrem habemꝰ abrahā. qz pōt dominus de lapidibus istis. i. de gēnibus significatis his lapidibꝰ suscitare filios abrahe. Digito autē ostēdebat eis iohannes. xij. lapides quos tulerunt. xij. duces tribuū israel de medio iordanis in aridā. et rotidē de arida in iordanē quorū acervus esset ī testimoniū. quia sicco pede iordanē trāsierūt.

De tribꝰ sectis iudeoꝝ. C.XXXI.

¶Erant autē tunc in indea tres secte iudeorū a cōmuni reliquorū vita ⁊ opinione distantes. pharisei. saducei. essei. ¶Pharisei cultu austero ⁊ victu perparco vtebant. traditiones suas statuentes. quibus traditiones moysi determinabant. piracia cartarum in fronte gerebāt. ⁊ in sinistro brachio circū ligata. quibus decalogus iscriptus erat quia dixerat dominus. hoc habebis quasi quid appensum ante oculos tuos ⁊ in manu tua ⁊ hec dicebant philacteria a philare quod est seruare. ⁊ thorath quod legē sonat. Isti etiaz maiores fimbrias alijs ferentes spinas eis alligabant. quibus puncti in deambulādo memores mandatoꝝ dei fierent. Hi vniuersa deo deputabāt. et marmene. i. fato. Eligere quidē que iusta sunt vel negligere ī arbitrio hominū plurimū esse dicebant tamē in singulis adiuuare marmenem. quā etiā ex moribus superiorū fieri putabāt. ¶Prepositis suis ⁊ maioribus natu nunqz contrariū respondebāt. iudiciū dei esse futurū dicētes. omnē animā esse incorruptā. solas bonorū animas in alia tranſire corpora vsqz ad resurrectionē ⁊ iudiciū. Malorū autē eternis retrudi carceribus. Et qz a cōi hoīm habitu diuisi. ideo pharisei dicebant. Saducei marmenen negāt. deū inspectorē omniū esse dicētes in arbitrio hominū situ esse vt bonū malum ve gerant. Animarū generaliter vel supplicia negabāt vel honores. Nam ⁊ resurrectionē mortuorum futurā negabāt. animas mori cum corporibus putantes. nec angelos esse dicebant. solos. v. libros moysi recipiebant. et his contenti erant. Hi seueri nimis erant. neceriam ītersocialēs. Ob quā seueritatē saduceos id est iustos se nominabant. Essei fere ī omnibus monasticā agebant vitam. nuptias fastidientes. non quia coniugia ⁊ hominum successionē perimendam censerent. sed cauendā intemperantiā seminarum. nullam earū fidē viro seruare putātes. Habebāt omnia cōia. probro oleum ducentes. squalorē decus putabāt. vnumodo in veste candida semp essent. Nulla eis certa ciuitas. sed in singulis domicilia habebant. ante solis ortū nihil profanum loquētes. solē vbi oriebat orātes. post vsqz ad quintā horā operantes. lotī corpore aquis. simul ⁊ cū silentio edebāt Juramentū habebāt pro piurio Secte sue neminem adhibentes nisi sub anni probatione Receptum autem secū post annum. duobus alijs annis mores eius probabant. deprehensum in peccatis a se pellebāt. vt herbas more pecorum decerpens vsqz ad obitum penitēret. Cū enīz ⁊. simul sederunt nullus nouem inuitis loquutus ē. spuere in medīū. vel in dextera partē sui vitantes. Eldeo sabbatum obseruabant. qz nec ea die aluum purgabant. Dolabrum ferebant ligneum quo in loco secretissimo fodiebant terram ad aluum purgandam. Dimissa veste se diligenter contegentes. ne splendori diuino facerent iniuriam. ob id etiam statim foueam reimplentes. viuebant qz longissime ob victus simplicitatem. Mortem pro iusticia immortalitate iudicabant meliorem. Animas vero a principio creatas pro temporibus incorporari. . .

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Bonas erutas corporibꝰ vltra oceanuꝫ degere. vt sit reposita eis pfruitio ad oīē tem. Valis ꝓcellosa ⁊ hyberna loca delegātes. Erāt in eis qui futura ꝓdicerēt. Quidā cōiugibꝰ. ſ moderate vtebant. Nā si hoīes a bſtinendū arbitarent. humanum genus deficeret.

Qd iohannes confessus est se nō esse christū. Capi. XXXII.

CVm ergo baptizaret iohānes. miserūt a hierosolimis ad eū sacerdotes ⁊ leuitas. vt interrogarēt eū Tu quis es? Et confessus est se neꝯ christū eē. qđ opinio publica habebat. nec helyā. nec ꝓphetā Et dixerūt. Quid ergo baptizas? Quefierāt de helya ⁊ sub noīe ꝓphete de helyseo. qz i his duobꝰ ꝓcesserat figura baptismi. et de baptismo xpi legerāt i ꝓphetia. Effundā de spū meo sup vos aquā mundā. ⁊ iō putabāt ad aliū nō ptinere baptismū. ⁊ nī dit. Ego quidē baptizo i aq̄. medi? autez vestrū stat quē vos nescitis. Ipe baptizabit vos i spūsco. et igne. In spū in baptismo. in igne in pnīa. Hec in bethania fcā sūt trās iordanē. vbi erat iohānes baptizās. Poterit figurari baptismus iohānis in capitilauio ante baptismum.

De iesu Baptizato C. XXXIII.

HVnc vēit iesus a galilea i iordanē ad iohānem vt baptizarē ab eo. Tres fuerūt cause p cipue cur baptizat? ē iesus a iohāne. Ut baptismū iohānis approbaret. Ut omnē hūilitatez ipleret. et implendā doceret. Ut tactu sui corporis vim regenerationā cōferret aquis. ⁊ si forte nō statim. Devenī ⁊ institutiōe baptismi triplex ē opinio vt in sentētijs habet. Et ipe iesus erat incipiens quasi annorū. xxx. i. tricesimū annum iceperat. xiij. tantū diebꝰ eiusdē anni peractis. Et scōm hoc dixit iesus tñi. xxx. duobꝰ annis ⁊ dimidio. qz eadez die reuoluto anno cōuertit aquā in vinū. ⁊ i sequēti pascha id est in pascha tricesimi primi anni incarceratus est iohannes. et in pascha sequenti id est tricesimisecūdi anni decollatus est. et in tercio pascha te. i. tricesimitercij anni passus est dn?. ⁊ ita vixit dominus. xxx. duobus annis integris. ⁊ de. xxxij. quantū fuerit temporis a natali vsqz ad pascha. quod ꝓ dimidio anno cōputatur Crisostomus tamen dicit eum iam cōpleuisse tricesimū annum. in omelia decima in matheo sic dicens. post triginta annos venit iesus ad baptisma. legē veterem soluturus. Propterea vsqz ad hanc etatē que oīa solet capere peccata in legis obseruatione permansit. ne quis diceret. ideo illum soluisse legem. quia eā non potuisset adimplere. ⁊ infra. Per. xxx. annos iusticiā legis adimpleuerat. ⁊ tunc venit ad baptisma. euangeliū docturus. quasi cunctis obseruationibꝰ legis imponens. Hoc autē dixit Crisostom? occasione illius verbi qđ dixit dns. Sic decet nos implere omnē iusticiā. Et scōm hāc opinionē vixit. xxx. tribꝰ annis integris. ⁊ tñi de. iiij. quātū est a natali vsqz ad pascha. Iohānes autē prohibebat iesuz dicens. Ego a te debeo baptizari. et tu venis ad me Cur dixit se baptizandū iohānes. si in vtero sanctificat?. et mundatus erat ab originali. vel saltē in circūcisione. Sed ꝓ se genus humanū intellexit. quasi. d. hō ꝓ te debet mūdari. Vel quantuz ad plenitudinē mūdatiōis se adhuc mūdādū dixit. qz ⁊ si iā mūdat? ꝓ sanguinē xpi pleni? erat mūdand?. sicut quis accepta efficaci medicina p cām curat?. dicit ꝓ effect? plenitudinē curādus. Cui iesus Sine mō. Dicenī decet nos iplere oēm iusticiā. i. supabundātē humilitatē. Est enim debita humilitas subdere se maiori propter deū. abundans subdere se pari. superabundans subdere se minori. Quasi diceret. Ideo modo subdo me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ribi minori. ne dedigneñ maiores a minoribus baptizari ⁊ regi. Quod intelligens iohannes consensit. Baptizat? est iesus tercio lapide a iericho.

De spū scō ⁊ voce prīs. C. XXIIII.

Factum est autē cum baptizaretur fere omis populus venit illi? ⁊ iesu baptizato ⁊ orāte pro baptizandis. vt acciperent spiritū sanctū. cōfestim ascēdit iesus de aqua Et ecce apti sunt celi id est inestimabil' splendor factus ē circa eū. ac si celo aereo ⁊ sydereo reseratis. splendor celi empirei terris infunderet. Et spūs sctūs in corporali specie columbe venit. et sedit sup caput ei? q̄ pacto officio suo. in p̄iacentē materiā redijt vñ sumpta fuerat. Et tunc cognouit baptista q̄ dixit se ante nescisse. q̄. s. xp̄s solus baptizaret. id est p̄tātem baptismi reineret sibi. sed p̄tātem baptizandi alīs daret. Qui eñ miserat eū ante baptizare cū solitariā duceret vitā. eiā dixerat ei. q̄ si multos baptizabis. sed inter illos sup quē videris spūm descendentē ⁊ manentem hic solus est qui baptizat in spū sancto Et ecce vox prīs audita est de sublimi Tu es filius meus dilectus in te cōplacuit mihi. Usq̄ post vocē hanc credit' durasse splendor. q̄ alius euangelista dicit Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Hic est sensus. id est in te ⁊ p te placitū meum gerere constituī.

De iesu ieiunio ⁊ tēptatōe. c. XXXV.

De eunucho baptisato a philippo. Capitulum.XLV.

Angelus aũt domini locutus est ad philippũ dicẽs.Surge ⁊ vade cõtra meridianuz ad viã.q̃ descendit a hierusalẽ in gazam.id est in affricam.q.d.Uade ad viaz p quã a hierusalem in gazam descendif in affricã. Hec scz gaza destructa ẽ.Uetus eñ gaza que olim erat termin? chananeoz iussu regis egipti destructa erat ⁊ loco ei? edificata ẽ alia.Et surgens abijt.Et ecce vir ethiops eunuch? potẽs

Et est glosa sup hoc verbũ.⁊ mirũ videf q; ita expositũ est in gazam id est in affricã.Forte hec est nois interptatio.vel ita intelligendũ ẽ.Uade ad viã q̃ ducit a hierusalẽ in gazã.id est in affricam.

s

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

in tomo candacis regine. qui erat super omnes gazas eius. erat enim cōstitutus eunuchor custodire thesauros potentis. venerat adorare in hierusalē. Et vt traditur in alijs historijs. p eū miserat multa dona rēplo in hierusalem candacis regina ethiopū. Et nota q oēs regine ethiopum dicebant regine candaces. sicut romani imperatores dicebantur cesares. nec habebat regimen regio illa nisi a feminabus. Cūq reuerteret ethiops ille sedens sup currū. legēs isaiam pphētā. dixit spiritus philippo. Accede. adiunge te curruī. Accedens aūt philippus. audiuit eū legentē isaiam. dixit. Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et quō possum. si nō aliquis ostēderit mihi? Et rogauit philippū vt ascenderet currū. sederet secū. Erat aūt locus scripture quā legebāt. qui dño procurante sic legendo occurrerat. Tanq ouis ad occisionē ductus est. sic nō agnus coram tondente se sine voce sic nō aperuit os suū. Respondēs aūt eunuch philippo dixit. Obsecro te dñe. vt dicas de q pphēta hec dicit. de se an de alio aliq? Aperiens aūt philippus os suū. incipiens a scriptura hac. de qua scz querebat euangelizauit illi iesum. Et dū irent p viam. puenerūt ad quandā aquam. Et ait eunuch? Ecce aqua. quis phibet me baptizari? Ad quē philipp? Si credis ex toto corde tuo. licet tibi baptizari. Ad quē ille. Credo dei filiuz esse iesum. Et vide. quia cum in spiritu videret philippus eunuchi fidē. voluit eū abstrahere confessionē manifestā. nolens eū subito baptizare. Ut daretur exemplū baptizandis. baptizantibus. et baptizandis interrogandi. et confitendi. Unde hodie cū quadam dilatione. et prelatione scrutinior celebratur solēne baptisma in sabbato paschali. quia incipiunt scrutinia in media quadragesima ab ea die qua cantatur. dum sanctificat fuero. Et iussit stare currū. et descenderūt ambo de curru. et baptizauit philipp? eunuchum. Et cum ascendisset de aqua. spiritus dñi rapuit philippum. et amplius nō vidit eū eunuchus. sed ibat p viam suaz gaudens. Philippus aūt inuentus ē in azoto. et pertransiens euangelizabat cūctis ciuitatibus donec veniret cesaream. In qua legitur domū habuisse. cui? vsq hodie apparent vestigia. necnō et cubiculum quattuor filiarū ei? virginū. pphetissarū.

Hunc redit historia ad ordinez suum psequens de paulo. et cōtinuatur ei qđ supra dictū est. Saulus deuastabat ecclesiam. Nō enim dictū est de philippo et de cōuersione eunuchi. quasi incidens fuit.

De excecatione sauli. C. XLVI.

Saulus adhuc spirans minarū et cedis in discipulos dñi. id est adhuc cōminans eis. et in eos cōspirans. et ad cedē eoz aspirans. accessit ad principem sacerdotū. zelo furoris eum concitante. et petijt ab eo ītas ad synagogas singulas iudeorum que erant damasci. vt eius auctoritate si quos inueniret damasci huius vie viros et mulieres. vinctos pduceret hierusalē. Et cum iter faceret. cōtigit vt appropinquaret damasco. et subito circumfulsit eum lux de celo. et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi. Saule saule quid me psequeris? id est in membris meis. Qui ait. Quis es dñe? An deus es vel angelus? Ego inquit sum iesus quem tu psequeris. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. id est potētiori rebellare. Et tremens ac stupens dixit. Dñe quid me vis facere? Ac si diceret. Voluntatem tuā indica mihi. quia prestō sum tibi obedire. Ad quem dñs. Surge et ingredere ciuitatem. et dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aūt qui comitabantur eum. stabant stupefacti. audientes quidez vocem ipius pauli. non eius qui loquebatur cū eo neminem autem videntes. iuxta quod ipe paulus infra dicit. Qui mecū erant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

lumẽ quidem viderunt. vocem aũt eius non audierunt. qui loquebatur mecum. Et surrexit de terra. ⁊ aptis oculis nihil videbat. Factus est cecus corpe. qui prius fuerat cecus mente. Ad manus aũt illum tralentes manibus scz suis. manus eius tenentes ⁊ quasi cecũ ducentes introduxerunt eũ damascũ. Et erat ibi tribus diebus nõ videns neqz manducans neqz bibens. In quo triduo credit a spiritu sancto didicisse euangeliũ. Unde gloriatur in epistola ad galathas se non habuisse hominẽ magistrũ dicẽs. Neqz ab homine accepi illud neqz didici. sed p reuelationẽ iesu xpi. Imponebat enim ei a pseudo. q edoctus esset ab anania non a spiritu sancto. vnde vocabant eum apostolum ananie. Nec te moueat. si qñqz legatur conuersio ei⁹ facta primo anno dominice passionis. quandoqz secũdo. alterũ de anno vsuali. alterũ de anno emergenti. Si enim compures primũ annuz dñice passionis a kal'. ianuarij qui est annus vsualis. tunc secundo anno conuersus est paulus. Si aũt compures ab ipo die passionis⁹ vsqz in sequentẽ diem passionis anno⁹ euoluto qui est ann⁹ emergens in primo anno dominice passionis conuersus est.

Quomodo ex mandato dñi ananias visitauit paulum. C. XLVII.

Qrat autẽ damasci discipulus quidã. id est christian⁹ nomine ananias. Et dixit dñs ad illũ in visu. id est in visione noctis. Ananias. At ille ait. Ecce dñe ego paratus suz tibi obedire. Ad quem dñs. Surge ⁊ vade in vicũ qui vocatur rectus. ⁊ quere in domo iude saulũ nomine tharsensez. Ecce enim orat. Forsan iudas erat p primum nomen hospitis sui. vel forsan erat de tribu iude. vt sit sensus. In domo iude. id ẽ inter iudeos qui ibi erãt ⁊ illa tribu. vel in domo iude. id ẽ in vico iudeoz. Vicus aũt dicitur a vicinia ciuitatis. vt dicit rabanus. vt p prie dicanẽ vici vicinioza rura ciuitatis. Hoc tamẽ ⁊ sepe alibi aliter accipitur. Ne timeret ananias venire ad saulum. quem nouerat acerrimũ psecutorem christianoz. addidit dñs. Ecce enim orat. quasi diceret. Non est timendus. qz factus est de saulo paulus. de lupo agn⁹. Et ego etiam reuelaui ei aduentũ tuum. Jam enim vidit in spiritu te introeuntẽ ad se. ⁊ imponentem ei manus vt visum recipiat. Tũc ananias. Domine audiui a multis de viro hoc quanta mala fecerit seruis tuis in hierusalem. ⁊ habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomẽ tuũ. Ad quẽ dñs. Vade quoniam vas electionis est mihi iste. id est vas electum. ⁊ fornace tribulationis p̃batuz. vt portet nomẽ meũ coram regib⁹ ⁊ gẽtib⁹ ⁊ filijs israhel. Et tu quidẽ baptizabis eũ. sz nõ docebis eũ. ego enim solus docebo eum. et ostendã ei ãntum oporteat eum pati p nomine meo. vt p multas tribulationes p̃betur vas electum. et mala que intulit sanctis patiat cum sanctis. Abijt ananias et veniẽs ad hospitiũ pauli. intrauit ad eum et imponens ei manum dixit. Saule frater. dominus iesus qui apparuit tibi in via qua veniebas misit me ad te. vt videas interiori et exteriori oculo. et implearis spiritu sancto. id est spiritum sanctum plen⁹ accipias postea in baptismo. Et p̃festim ceciderunt ab oculis eius tanquã squame. et visum recepit. et surgens baptizatus est. et cum accepisset cibum confortatus est. Et fuit cum discipulis qui erant damasci p dies aliquot. ⁊ cõtinuo ingressus sinagogas p̃dicabat dñm iesum quoniam hic est filius dei. Stupebant autẽ omnes qui audiebant ⁊ dicebant. Nonne hic est qui persequebatur in hierusalẽ eos qui inuocabãt nomen illud. ⁊ ad hoc venerat. vt vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autẽ magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

conualeſcebat in chriſto. ⁊ cõfundebat iu
deos qui erant damaſci. affirmans quia
hic eſt chriſtus. De inuidia iudeo/
rum in paulum. C. XLVIII.

CVm aũt imple
rent̃ dies multi a baptiſmo pau
li. cõſiliũ fecerũt iudei vt eũ interficerent
Et eo qõ dictũ ẽ cũ implerent̃ dies mul/
ti. poteſt videri. hoc nõ fuiſſe factũ in hoc
primo aduentu damaſci ſed in ſecũdo. qz
forte tranſijt ĩ ſiriam ⁊ ciliciã. ⁊ ibi prædi/
cauit. ⁊ multos cõuertit. Poſtea cũ iterũ
venit damaſcũ. qz magis ſuſcitauerat in/
uidiã iudeoꝝ. in ſecũdo aduẽtu damaſci.
ſtatuerũt cõciliũ vt eũ occiderẽt. ſed noti/
ficate ſunt ei inſidie iudeoꝝ. qui coſtodie
bant portas ciuitatis die ac nocte vt eum
dolo interficerent. nõ iudei ſed ciues da/
maſci ⁊ prepoſit⁹ gentis aretҳ regis ad
petitionẽ iudeoꝝ. ſicut ipe apoſtolus ĩ epi
ſtola ad galathas refert dicẽs. Damaſci
p̃positus gentis aretҳ regis cuſtodiebat
ciuitatẽ damaſcenoꝝ. vt me comp̃hende
ret. Diſcipuli aũt ei⁹ nocte dimiſerũt eũ
in ſporta p̃ murũ. Et vide q̃ in greco ad/
ditũ nõ eſt eius. ſed dictũ eſt ſimpliciter
diſcipuli. quia nõ habebat paulus diſci/
pulos. ſed omnes chriſtiani tũc dicebã
tur diſcipuli. qz nondũ inuentũ erat hoc
nomen chriſtianus. Elapſus paul⁹ a ma
nibus damaſcenoꝝ venit in hieruſalẽ. et
volens ſe iungere diſcipulis dñi. ſcz apo/
ſtolis. ſed omnes timebant eũ nõ creden
tes q̃ eſſet diſcipulus. Tũc barnabas ci/
prius leuites genere. qui vt ſupra dictuz
eſt p̃cũ agri vẽditi poſuit ad pedes diſci/
puloꝝ dñi. apprehenſuz illũ duxit ad apo
ſtolos. narrauitq; quomodo in via vidiſ
ſet dñm. ⁊ quia locutus ẽ ei. ⁊ quomodo
in damaſco fiducialiter egerit in nomine
ieſu. Quos aũt apoſtoloꝝ inuenerit in
hieruſalem in epiſtola ad galathas oſtẽ/
dit ſcz petrum ⁊ iacobũ epiſcopum hiero
ſolimoꝝ. cum quibus mãſit. xv. diebus.
alium aũt apoſtoloꝝ vidit neminem niſi
iacobũ fratrem dñi. Et erat cum illis ſcz
petro ⁊ iacobo ⁊ alijs diſcipulis qui erãt
in hieruſalem. intrans ⁊ exiens p. xv. di/
es. Deinde venit in p̃tes ſirie ⁊ cilicie. et
ibi loquebatur gentibus ⁊ diſputabat cũ
grecis. id ẽ iudeis inter grecos diſperſis.
Hoc aũt hiſtoria p̃ nimia ſui breuitate
confundit. quaſi totum in hieruſalem fa/
ctum ſit. Ita enim p̃cedit ſeries hiſtorie.
Et erat cum eis intrans ⁊ exiẽs in hieru/
ſalem. fiducialiter agens in nomine dñi.
Loquebatur aũt gentibus ⁊ diſputabat
cum grecis. Illi aũt ſcz iudei conuerſan/
tes inter grecoſ cum quibus diſputabat.
voluerunt eum occidere. Quod cum co/
gnouiſſent fratres. deduxerunt eum ceſa
ream. que ciuitas eſt paleſtine. ⁊ inde di/
miſerunt eum tharſum que eſt ciuitas ci
licie. vnde ipſe oriundus fuit. Poſtea
redit hiſtoria ad petrum. de actib⁹ diuer/
ſoꝝ apoſtoloꝝ agens modo interſcalari.

De curatione enee. C. XLIX.

FIctum eſt autẽ
vt petrus dũ predicando diſcur
reret. venit liddã. Inuenitq; ibi homi/
nem quendam eneam nomine. paraliti/
cum ab annis. viij. in grabato iacentem.
Et ait illi petrus. Enea ſanet te dñs me⁹
ieſus xp̃s. ſurge ⁊ ſterne tibi lectũ. qui pri
us nec etiam poterat de lecto ſurgere. Et
continuo ſurrexit. Et viderũt illum om/
nes qui habitabant lidde ⁊ ſarone. ⁊ con
uerſi ſunt ad dñm. Erat aũt in ioppen di
ſcipula quedã chriſtiana. que hebraice di
citur thabita. grece dorcas. latine aũt da/
mula vel caprea. Sup̃ marcum tamẽ ha
bemus. quia thabita interp̃tatũ eſt puel/
la. Unde thabita cumi interp̃tatum eſt.
puella ſurge. ⁊ ſcõm hoc ſunt diuerſe in/
terp̃tationes huius nominis. Hec autẽ
erat plena opib⁹ bonis ⁊ elemoſinis q̃s
faciebat ⁊ p̃cipue in conſuendis veſtibus
pauperum multum laboris impendebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Factum est aũt in diebus illis in quib⁹ petrus veniens lidde ad sanctos que habitabant ibi. Inuenit ibi quendam hominem nomine enee octo annis iacentem in lecto qui erat paraliticus. Et ait illi petrus. enea sanat te dñs ihesus christus surge et sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant lidde et saron qui conuersi sunt ad dñm. Erat aũt quedam discipula in ioppe nomine tabita que interpretata dicitur dorcas. Hec erat plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat. Factum est aũt in diebus illis infirmata mortua est. Quam cum lauissent posuerunt in superiori cenaculo. Et cum lidda prope esset ioppen. discipuli audientes quia petrus esset in lidde. miserunt ad eum duos viros dicentes. Ne pigriteris venire usq ad nos. et non aperuerũt ei causam. Exurgens aũt petrus venit cum illis. Et cũ ad uenisset duxerunt eum in cenaculũ. vbi iacebat mortua thabita. Et circũsteterũt eum omnes vidue flentes et ostendentes ei vestes q̃s faciebat illis dorcas. vt opibus misericordie ip̃a q̃ opam dedisse ostẽderent. et sic petrũ ad cõpassionẽ cõmouerent. Tũc petrus omnes eiecit non tamẽ pperam aliquid facturus. q̃ volleret alios latere. vt hi qui magicis artibus vel consilio demonũ aliquid machinant. ꝫ magistrũ suũ volens imitari. qui filiã archisinagogi suscitauit⁹. omnes de domo eiecit. paucis exceptis. Vel forte quia nonnulli erant visione miraculi indigni. eiectis omnib⁹ foris. facta genu flexione oravit. et conuersus ad corpus ait. Thabita surge. At illa aperuit oculos. et viso petro resedit. et dans illi manũ. erexit eam. et cõuocatis qui erierant. reddidit eis eam viuam. Et notum factũ est miraculũ p̃ vniuersam ioppen. et multi crediderunt in dñm. Et moratus est petrus in ioppe multis diebus apud simonẽ coriariũ vel curiariũ. vel a corio. vel curia. q⁹ forte curialis erat. ideo dictus curiarius. vel q⁹ parabat coria. ideo dictus est coriarius.

De cõuersione corneliꝫ. C. L.

VIr aũt quidam erat in cesarea nomine corneli⁹. centurio cohortis que dicebaꝫ italica. q⁹ missus fuerat a roma ciuitate q̃ est in italia. q⁹ romani impatores mittebãt milites suos p̃ ciuitates. ad custodiẽdas munitiones. Et hic erat religiosus et timens deum. religiosus supra gradum timoris. habens ita gradum religionis. id est pietatis quia in graduali ascensu donoꝝ spiritussancti. gradus pietatis est supra gradum timoris. Inquantum ergo religiosus supra gradum timoris. intantum timens deum infra gradum religionis. vt nomine religionis intelligas spiritũ pietatis. Erat inquam religiosus cum omni familia sua que religiosa erat et timorata faciens elemosinas multas plebi non acceptor⁹ psonarũ. Iste cum esset quasi hora nona diei vidit in visu manifeste. id ẽ manifesta visione nõ p̃ somniũ vel in extasi angelum dei introeuntem ad se. et dicentem sibi. Cornneli. At ille intuẽs in eũ timore corrept⁹ dixit. Quis es dñe? Ad quem angelus. Orationes tue et elemosine tue ascenderunt in memoriam in cõspectu dei. Et nunc mitte viros in ioppen et accersi simonem quendam qui cognominatur petrus. Hic hospitatur apud simonem quendaꝫ coriarium. cuius dom⁹ est iuxta mare tyrrenum. quia ioppen ciuitas terre promissionis erat mari tyrreno proxima et in ipius orientali litore sita. et pre litoris sita erat domus simonis coriarij hospitis petri. Hic inquit dicet tibi quid te oporteat facere. Ecce cornelio dictum est ab angelo. Exaudite sũt orationes tue. Unde constat eum tunc fidem habuisse. quia in hoc consonant sancti. q⁹ merito fidei venitur ad opa. nõ ecõuerso. Nondum tamen credebat x̃pm incarnatum. quia de tempe incarnationis incertus erat. ignorans an iam incarnatus. an adhuc incarnandus. Non tamen fuberat falsitas fidei eius. quia cũ fidẽ incarnatiõis haberet. salua fide poterat esse in ambiguo. an iam venisset. an adhuc i carne venturꝰ esset. Quia nõnullos sanctoꝝ patrum latuit x̃pm natũ esse postẽ natus est. vt simonẽ usq ad quadragesimum natiuitatis eius diem. Non tamẽ putandum est eos fidem incarnationis nõ habuisse. quia tẽpus nõ est de articulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

fidei.imo cum nondū esset eis p̄dicatum vel inspiratum q̄ iam natus esset. salua fide licuit eis esse in ambiguo.an iam natus esset.an adhuc nasciturus. C̄ū discessisset angelus a cornelio vocauit duos domesticos suos.⁊ militē metuētem dīm. qō de domesticis nō est dictum.quia constabat familiam eius religiosam esse⁊ timoratam. Quibus cum narrasset singula.misit illos in ioppen.

De visione petri. C.LL.

Postera autē die iter facientibus illis⁊ appropinquantibus ciuitati ioppe.vel apparentibus scōm aliā lēam. vt iam possent videre de hospicio petri.scz de domo simonis coriarij.ascendit petrus in supius cenaculū hospicij sui circa horam sextam vt in secreto oraret.⁊ post orationem comederet.q̄ tēpus erat comedendi.⁊ ip̄e patiebat̄ esurientem. Et parantibus prandium ministris. cum ip̄e esset in oratione.cecidit sup eum extasis.quia dño opante passus est alienationem mentis.ita vt nō vteretur sensibus humanis. Et in huiusmodi extasi vidit celum apertuz.id est aerem.⁊ de aere aperto descendens vas quoddam. vel linthеū magnū de celo submitti in terrā. quattuor linthеis vel litijs vel initijs.q̄ ita verior est. Dicuntur aūt initie funiculi molles quibus circumligantur pueri i cunalib⁹.facti de stuppea materia.vel de serico ad opus nobiliuum. Videbatur ḡ ei vas illud quasi linthеuz quattuor initijs quattuor cornibus alligatis.in aere appensum.⁊ ita dimitti in terram.⁊ in eo esse omnia genera animalium.quadrupedia.serpētia terre. Et cum esuriret.facta est vox ad eū dicens. Surge petre macta⁊ manduca. Ac si diceretur ei in spiritu. Transi ad gentes.⁊ occide in eis vicia.⁊ sic ecclesie incorpa. Absit inquit dñe.q̄ nunq̄ manducaui cōmune⁊ immundū. Et est ideoma hebreoz reputantiū cibos immundos.quibus cōmuniter vtebant̄ gentes. vnde vocabant cōmunes q̄si immundos. Abhorruit ergo petr⁹ qō dictū est ei manduca.quia ostensa ei fuerant q̄drupedia.⁊ serpentia scōm legem immūda.q̄a graue videbatur ei vti cibis i lege p̄hibitis.⁊ maxime timebat reprehensionem iudeoz si vteretur cibis gentiliuz. Et ideo cum ita cuncta abhorreret. facta est vox secundo ad eum dicens. Qō de? purificauit cōmune ne dixeris. Quod cōstat ei spiritualiter dictum fuisse de gentibus.iam in dei p̄scientia p̄ fidem purificatis. De quarum purificatione instrueret petrum vox prima facta ad eū dicēs. occide⁊ manduca. Cum autē ostensa fuissent ei serpentia terre.constat ea non fuisse a deo purificata. nec alicui siue iudeo siue gentili ad comedendū munda. Hoc aūt factum est ei ter.scilicet vas semel iterato⁊ tercio in terram dimissuz.⁊ vox ter audita est.p cōmendanda veritate visionis. Nam vt dicit ambrosius. In catheciſmo fit trina interrogatio scz credis in deum.abrenuncias sathane.vis baptizari. Similiter trina vnctio.in fronte.iscapulis.in pectore. In baptismo quoq̄ fit trina immersio. Post trinam vasis ostēsionem.receptum est vas in celuz. Et dū intra se cogitaret petrus .quid sibi vellet hec visio. Ecce tres viri qui missi fuerant a cornelio.inquirentes domum simonis coriarij steterunt ad ostium.querentes.si simon qui agnominat̄ petr⁹ illic haberet hospicū. Et cogitāte petro de visione. dixit ei spūs sanct⁹. Ecce tres viri querūt te Causaz tū cur eum quererēt ei subtricuit. quam ip̄e postea ab eis didicit. Quia ad cōseruandā humilitatē aliquando ꝑplexie spūs ex pte animū tangit.⁊ ex pte non tangit. Surge inquit⁊ descende.⁊ vade cū eis nihil hesitans.quia ego misi illos. Descendens aūt petrus ad eos dixit. Ecce ego sum quem queritis.que causa est.p qua venistis? Ad quem illi. Cornelij? cen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

turio vir religiosus ac timẽs deum. ⁊ te/
stimoniũ habens ab vniuersa gente iude
orum. responsum accepit a spiritu sancto
vt accerseret te in domũ suã ⁊ audiret ver
ba a te. Et introduxit eos ĩ hospitiũ suũ.
⁊ fuerũt cum eo nocte illa. Sequenti aũt
die pfectus est cũ illis ⁊ quibusdã fratri/
bus qui eũ comitati sunt a ioppe vt ei te/
stes essent. Qõ petrus venit
ad cornelium vocatus. C. LII.

ALtera autẽ die
secũda ab egressu de ioppe intro/
iuit cesaream. Cornelius vo expectabat
illos conuocatis cognatis suis ⁊ amicis
necessarijs. Amici necessarij dicunt. qui
nõ deserũt hominẽ ĩ articulo necessitatis.
Et cũ introisset petrus obuius occurrit ei
cornelius. ⁊ pcidens ad pedes eius ado/
rauit eũ. ipo gestu corpis exprimens de/
uotionem meris. Petrus vo leuauit eũ
dicens. Surge ergo. quia ego homo sum
vt tu. Et cũ multi adessent cognati. scz et
amici cõuocati. locutus est eis petrus di/
cẽs. Vos scitis qm abominabile sit viro
iudeo accedere ad alienigenã. Sed ostẽ/
dit mihi deus nullũ hominẽ immundũ
esse. ꝓpter qõ sine dubitatione veni accer
situs. Interrogo ergo quã ob causam ac/
cersistis me. Ad quẽ cornelius. A nudius
quarta die orabã hora nona ĩ domo mea.
Ecce si diceret. Quarta die ab hac hora se/
cundũ innouationẽ dierũ. Prima enim
die vidit angelũ ⁊ misit nũcios. secunda
venerũt nuncij in ioppen. tercia pfectus ẽ
petrus cũ eis. ⁊ illa nocte remanserũt in
via. quarta venerunt cesaream. ⁊ ecce vir
steterit ante me in veste candida. ⁊ ait. Cor
neli exaudita est oratio tua. ⁊ elemosine
rue a deo accepte. mitte in ioppen. ⁊ acces/
si simonẽ qui cognominat petrũ. ⁊ statim
misi ad te. ⁊ tu bene fecisti veniẽdo. Nũc
ergo omnes nos assumꝰ in cõspectu tuo.
ꝓmpti obedire tibi in omnib⁹ quecũq⁹
precepta sunt tibi a domino. Tunc pe/
trus aperiens os suum dixit. Nunc in ve
ritate comperi quoniã nõ est pson arũ ac/
ceptor deus. nec discernit inter iudeos et
gentes. sed in omni gente qui timet deum
⁊ operatur iusticiam acceptus est illi. Vos
scitis q iohannes pdicauit iesum a naza
reth. scitis etiam q factũ est verbũ id est
pdicatio euangelij p vniuersam iudeam.
incipiens a baptismo iohãnis quo bapti
zatus est iesus. postea psequens quomo/
do vnxit eum deus spiritu sancto ⁊ vir/
tute. qui pertransiit benefaciendo ⁊ sanan/
do omnes a diabolo oppressos. Et nos te
stes sumus omniũ que fecit in rege iude/
orum. ⁊ q eum suspenderunt in ligno. et
tercia die suscitauit a deo. Cuius nos te/
stes sumus qui manducauimus ⁊ bibi/
mus cũ illo postq̃ resurrexit a mortuis.
quibus pcepit pdicare populo ⁊ testifica
ri quia ipe est qui cõstitutus est a deo pa
tre iudex viuor ⁊ mortuor. quia pater de
dit illi omne iudiciũ. Nec nos solum sed
etiã omnes ꝓphete illi testimonium phi/
bent. q omnes p nomen eius remissionẽ
peccator accipiũt qui credunt in eum.

Qõ baptizauit corneliũ ⁊ eos qui cũ
eo erant. C. LIII.

ADhuc loquente
petro verba hec cecidit spiritus
sanct⁹ ⁊ descẽdit repente sup omnes qui
audiebant verbum. Vtrũ autẽ in ignicis
linguis vel in alia specie visibili descẽde
rit. incertũ est. Et obstupuerũt qui erant
cum petro fideles de circũsione quia etiã
in nationes id est ĩ gentiles gra spiritus
sancti effusa est. Audiebant enim eos loquẽ
tes linguis ⁊ magnificantes deũ. Tũc re
spondit petrus. Nũquid aquã quis phi/
bere potest vt non baptizentur hij qui spi
ritum sanctum acceperũt sicut ⁊ nos. qõ
maius est q̃ baptizari. Et iussit eos bap/
tizari in nomine christi. subtrices formã
baptismi a domino traditam. ꝓ dilatatio
ne nominis christi. In quo nomine intel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ligitur ipse qui vnctus. ⁊ pater a quo vnctus. ⁊ spiritus sanctus quo vnctus est. Tūc rogauerunt eū. Et mansit rogat⁹ cū eis aliquot diebus. in quibus primo credidit vsus fuisse cibis gentiliū. Cū postea redarguitus ē. Dilatatūq; est vbiq; ⁊ delatū vsq; ad fratres qui erant in iudea. qz gētes recepant verbū dei. Et hic fuit primus transit⁹ pticularis a postolo⁹ ad gētes in quo conuersus est cornelius cū familia sua. Quō redarguitus est petrus a christianis. C.LIIII.

QVm aūt ascendisset petrus hierosolimā. disceptabāt aduersus eū fideles de circūcisiōe dicētes. Quare introisti ad viros p̄putiū habētes. ⁊ manducasti cū illis. quasi diceret. In duobꝫ cōtra legē fecisti. qz introisti ad eos. ⁊ quia cibis eoꝝ vsus es. Tūc incipiēs petrus exposuit eis p ordinem ostēsam a deo sibi visionē. ⁊ quō apparuerat angelus cornelio. Et in tota p̄secutione non addidit nisi vnū verbū qđ dictū ē cornelio. Mitte ⁊ accersi simonez qui cognominat⁹ petrus. vbi addidit. qui loquet⁹ tibi verba in quibus salu⁹ eris tu ⁊ vniuersa dom⁹ tua. Et ex eo qđ statim subdidit. cecidit spūs sanctus sup eos sic ⁊ sup nos ab initio. Presumit⁹ q̄ sup cornelū ⁊ familiā suā descēderit spūs scūs in linguis igneis sicut descenderat super apostolos die pentecostes. Et tūc inquit recordat⁹ sum verbi dñi qđ nobis dixit. Johānes quidem baptizauit aqua. vos aūt baptizabimini spiritu sancto. Videns hoc impletū in cornelio et in familia sua. Audita petri excusatione multiplici. destiterūt ab increpatione ei⁹. et glas egerunt saluatori. et ira impleta ē. p̄pheria iob. Ab aquilone veniet aurū. et ad deū formidolosa laudatio. Id est. p cōgelatione infidelitatis gentiles sunt cōparabiles aquiloni qui in tenebris erant. id ē in cecitate animi p̄cipient lucē fidei. quarum illuminatione dirigitur ad deum formidolosa laudatio. qz p̄ro inopinata ⁊ repentina gentiū cōuersione. fideles de iudea timētes glorificauerunt deum.

De cōtinuatione historie. C.LV.

HVc credit historia ad ordinē suū. Qđ enim interseritū est de philippo petro ⁊ iohanne ⁊ paulo. postq̄ supra dictū est. igit⁹ qui dispersi erant p̄transibāt euangelizāres verbū dei. quasi incidens fuit. Prosequit⁹ ē in hūc modū. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que incepat a morte stephani pambulauerūt vsq; ad plenicē. puinciā sirie occidentalē ⁊ cp̄rum. nemini loquentes verbū nisi solis iudeis. Erāt aūt quidā cū eis de cipro ⁊ cyrene. Qui cū introissent antiochiā loquebant⁹ ad grecos. annūciantes dñm iesum. ⁊ erat man⁹ domini cū eis. Et multus numerus credentiū cōuersus est ad dñm. Sup hūc locū dicit beda. qz post reuelationē sindonis cepit ecclesia crescere. Vnde conicit⁹ q̄ speciem sindonis vel linthei vidit petrus i visione. cū alibi dicat⁹ vas. alibi discus. Delatū est ad aures ecclesie que erat hierosolimis de cōuersione anthiocenoꝝ. ⁊ volentes plene certificari. miserūt barnaban i anthiochiā. Qui cū venisset ⁊ videret gratiam dñi. gauisus ē. ⁊ exhortatus omnes. vt in p̄posito cordis manerēt in dño. qui erat vir bonus. plenus spiritu sancto ⁊ fide. Et dicit sup hūc locū rabanus. barnaban ideo multipliciter cōmēdatū. ne putet⁹ p indignitate sua amisisse apostolatū. Et erat rabanus in ea opinione scōm quā dicit⁹ barnabas ille sup quē p̄iecta ē sors cū mathia. postea tū cū paulo in apostolatū electus est. Nos aliā sequimur historiā. Videns aūt barnabas q̄ nō sufficeret ad erudiendā tantā multitudinē. venit tharsum. vt quereret saulū. ⁊ inuentū p̄duxit anthiochiam. ⁊ p annum cōuersati sunt ibi ⁊ docuerunt turbā multā. Et tūc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

primo seẽces christiane religionis a christo capite denominati sũt christiani. qui prius dicebantur discipuli. ⁊ fuit institutio gentiliũ satis elegans. Visum est eñ incongruũ ⁊ indecẽs gentiles ad fidẽ cõuersos sequaces christiane religionis cõmuni nomine censeri. Sed potius denominandos esse a nomine magistri. sicut i sectis pharisẽoꝝ sequaces denominabantur a nominibꝫ magistroꝝ. vt ab epicuro epicurei. In his aũt diebꝫ supuenerunt ꝓphete a hierosolimis antiochiã. Et surgens ex eis vnus nõe agabus. ꝓphetauit p spiritũ sanctũ famẽ futurã in vniuerso orbe terrarꝫ. ⁊ maxime in iudea q̃ facta est sub claudio scz quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta. C.LVI

HInc proposuerũt discipuli facere collectam. vt daret vnusquisqꝫ ꝓ modulo sue facultatis. ⁊ mitterẽt aliquid pauperibꝫ qui erant in hierusalẽ. qui venditis omnibꝫ posuerant p̃cia ad pedes apostoloꝝ vt p̃munirent eos cõtra famẽ. Et tũc primũ facta ẽ collecta in vsus pauperum quemissa est p barnaban ⁊ paulũ in hierusalem.

De morte iacobi maioris. C.LVII.

IN tempore misit herodes rex manus vt affligeret quosdã de ecclesia. Occidit aũt iacobũ fratrẽ iohannis gladio. Vt aũt intelligaꝫ locus iste de quo scz herode sit accipiendũ. expedit ad rẽpus ꝑtermittere historiã actuũ apostoloꝝ. ⁊ ꝓsequi historiã romanoꝝ imperatoꝝ. Nõ est putandum hũc fuisse herodẽ tetrarchã qui cognominat? est antipas. sed herodẽ agrippã. ille enim nõ fuit rex. sz tetrarcha. ille scz filꝰ magni herodis qui ꝓsenit pilato de nece dñi. qui remisit eũ ad pilatũ indutũ veste alba. qui iam deportatus fuerat in exilium vienñ. ⁊ ibi mortuus est. Pilatus ergo mortuus iam erat. qui vt a principio huius historie pretactum est. anno. xxx. imperij tiberij cesaris erat ꝓcurator iudee. vitellio ꝓside sirie. ⁊ accusatus est ī multis apud tiberiuꝫ. Accusatus est a iudeis de violenta innocentũ interfectione. Accusatus est etiã q̃ iudeis reclamãtibꝫ ponebat imagines gentiliũ in tẽplo. Accusatus est etiã quia pecuniã repositã in corbonan redegerat in vsus suos. inde faciens aqueductũ in domũ suam. Et ꝓ his omnibus deportatus est in exiliũ lugduni vnde oriundus erat. vt ibi in opprobrium generis sui moreꝛ. Vide quia mus facerat archa ī qua reponebañ donaria regum vel principũ. corban in quo reponebañ donaria sacerdotuꝫ ad reficienda sarratecta tẽpli. Gazophilaciũ in quo reponebañ donaria transeuntium.

Quis fuerit substitutus procurator pilato. C.LVIII.

POst hec pilato substituit vitellius fratrẽ suũ ꝓcuratorem iudee. Et volẽs placere iudeis satisfecit voluntati eoꝝ in quibusdam scz de amotione caiphe. ⁊ promotione filij anne. qz ad petitionẽ eorum amouit caiphan a sacerdotio. ⁊ substituit filiũ anne qui iam mortuus erat. reddiditq̃ ei stolã suã illã solennẽ ⁊ antiquam quã debebat habere sacerdos in potestate sua. vt ea vteꝛ in festiuis diebꝫ. ꝓ Pilatus ꝙ trãstulerat eam in domũ suã. ⁊ cũ in festiuis diebꝫ necessaria erat sacerdoti. nõ poterat eã habere nisi p̃cio p̃cedẽte. Eodem tempore tiberij mortuus est philippus tetrarcha ituree et traconitidis regionis. frater herodis tetrarche. mortuus est etiã lysanias tetrarcha abiline. Et ita vacabant due tetrarchie. aspirauitq̃ herodes agrippa ad alteram earum.

De ꝓposito herodis agrippe. C.LIX.

ERat autez herodes agrippa vir magnanimus ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

bellicosus sed pauperrimus. nepos herodis tetrarche. et frater vxoris eius herodiadis. Fuit enī filius aristoboli filij magni herodis. et ipa filia eiusdem. Dispositq; venire romā. si forte posset impetrare a tyberio alterā tetrarchiam vacantiū. Cūq; veniset romam. videns eū tyberius militem strenuissimū retinuit eū secū. fecitq; adherere filio suo druso. cum iam in vita sua contradiderat impiū. Nec ē iste drusus ille qui dormit mogūtie. Erat aūt herodes agrippa vir magne libertatis. et vt sibi conciliaret animos romanoꝝ multa expendebat. et multis debitis se obligauerat. et vt tradit iosephus. nō fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo posset deprehendi. Primo in hoc male ei cōtigit. quia mortuus est drusus filius tyberij. de cuius morte adeo inconsolabiliter doluit tyberi⁹. vt omnes a pīsentia sua amoueret qui familiariter adherserant druso. ne reducerent ei ad memoriā mortē eius. Et compulsus est herodes agrippa redire in iudeam. et desperans p̄ nimia paupertate intrauit turrim vt sibi afficeret se fame. vita moreretur. Quod significauit vxor sua sorori eius herodiadi vxori herodis tetrarche. que supplicauit viro suo vt reuocaret eum a turri. et daret ei necessaria. Et acquieuit ei. et statuit eum in tiberiade. et ibi assignauit ei domū. et dedit ei necessaria vite. Et quadam die cum esset herodes tetrarcha in tiberiade. epulare tur. factus hilarior solito quia incaluerat mero. imporperauit ei beneficia sua. que contulerat ei. scz qꝫ liberauerat eū a peste famis. Et doluit inde agrippa vltra modū. et dispositi iterū redire ad tiberium. si forte inueniret animū eius immutatū. Et in reditu eius inuenit eū tiberi⁹. et honorifice receptus ē ab eo. et venit cū eo romā. Et cū haberet tiberi⁹ duos nepotes alterū de filio druso. id est tiberiū. et alterū de fratre germanico. scz gaiū. volebat sibi substituere filiū filij qꝫ magis diligebat eum. De causa inuidie tiberij et herodis agrippe. C.LX.

Herodes autem agrippa magis diligebat gaiū. et familiarius adherebat ei. vnde sibi suscitauit indignationem tiberij latentē. qꝫ nondū ei indicabat. sed latens odium in corde reseruabat. Quadam aūt die cum sederet agrippa in curru suo cum gaio leuatis manibus in celum dicebat. Vtinā viderem mortē importuni senis. et re dominum totius orbis. qui idoneus es imperare vniuerso orbi. Hoc audiuit quispiā. scz auriga ipius agrippe. qui post aliquot dies cum damno rerū agrippe aufugiens. captus est et vinculatus. Et dum traheretur ad carcerem petijt duci ad imperatorem dicens. quia in aure loqueret ei. qđ esset ad eius vtilitatem. Et p̄sentatus est imperatori. et dixit ei consulto. qꝫ sic optauerat agrippa mortē eius. et domuiū gaij. Tiberius aūt non multum curabat verba vinculatoꝝ. et detrusus ē ille i carcerē. Et cū sepe instaret agrippa vt iudicaretur. et occideret. rīdit tiberius. Frater sufficit tibi qꝫ vinculatus est. et ita differebat. Quia vt refert iosephus. in omnib⁹ negocijs suis morosus erat. Vnde cū statueret procuratores in puincijs. vix aut nunqꝫ mutabat eos. Et cū sepius quereti esset ab eo. quare scz nō mutaret procuratores. respondit. se in hoc pcere plebecule Scientes enim pcuratores se ad modicum habere pcurationē. emungunt vsqꝫ ad sanguinē. et tanto dominant grauius quāto breuius. et qui recētes supueniūt. dilipant quicquid inueniūt. Qđ ostendit eis exemplo cuiusdam vulnerati. qui cum iaceret in via. et non amoueret multitudinē muscarū a vulnere. supueniens alter putauit. qꝫ hoc obmitteret ex imbecillitate. et abegit muscas que opuerant vuln⁹. Ad quē ille. Male feciſti mihi. qꝫ muscę ēs amouisti iā plene erāt sanguie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ꝙ parcius molestabant me. que aũt recentes supuenient. acrius pungent me. Sic ꝙ curatores vel officiales recenter substituti acrius deseuiũt in subditos.

In quo herodes offendit tyberiũ. Capitulum. LXI.

QVm quadã die more solito inciraret agrippa tyberiũ vt traheret auriga suus de carcere. respondit tyberius ad ipm. ei nõ expedire cum in ꝑsentia ipius vellet eũ vinculat? accusare. Et cũ in nullo sibi cõscius esset agrippa. testatus est se velle vt extraheret ꝙ accusaret eũ. Eductus ille de carcere. arguit eũ de crimine lese maiestatis. qz ozauerat mortẽ imperatoris. Tũc ait tyberius carcerario. Liga hunc. Intellexit carcerarius hoc ꝑceptũ esse de eo qui educt? fuerat. ꝙ ligatũ retrusit in carcerẽ. Quadam aũt die dũ ambularet tyberius in ipodromio. id est in circo equoz. ꝙ teneret agrippam ꝑ manũ. vocato carcerario dixit ei. Liga hũc. Et miratus ẽ ille ꝙ vniuersi ꝙ ꝑciperet agrippũ ligari. cũ purpurat? incederet. ꝙ quia erat de regio semine. Cum aũt duceret agrippa ad carcerez. patiebat sitim intolerabilem. qz splẽdide comederat. ꝙ forte occurrit ei pozritor aque. ꝙ dedit ei bibere. Et postꝫ refocillatus est ꝑmisit ei. ꝙ in primo remuneraret eum i regno gaij. confidens ꝙ in primo gaius esset regnaturus. ꝙ positus est in carcerẽ. Quadã die dũ staret immix? arbori cui? frondibus insidebat bubo. accessit ad eũ vnus de concaptiuis. ꝙ locutus ẽ ei. Noli inquit estimare ꝙ adulando loquar tibi. cũ sis cõcaptiuus meus. Volo eñ indicare tibi qõ indicaueꝛt mihi dij. Erat aũt ꝑius in augurijs. Cito inquit liberaberis a carcere. ꝙ i tantũ sublimaberis. vt etiam inuideant tibi omnes amici tui. et in hac ꝓsperitate morieris. relinquẽs bona tua filijs tuis. Quãcito aũt huius generis alites videris amplius sup te. scito quia quinta die morieris.

Quõ liberatus est herodes in morte tyberij. C. LXII.

QVm autẽ esset herodes in carcere. deferebat ei honorẽ dñs carceris. sciens esse virũ nobilem ꝙ familiarẽ gaij. ꝙ sustinebat tanꝫ ignorans multas cõmoditates sibi fieri i carcere ab amicis suis. ꝙ fuit i carcere per sex menses. Postea cũ esset tyberi? apud campas cepit infirmari infirmitate qua postea mortuus est. Et si in cronicis alibi legaꝫ mortuus. nõ ẽ curandũ vbi mortuus sit. Videns aũt se moriturũ. conuocatis onbilibus imperij sui ꝙ duobus nepotibus gaio ꝙ tyberio. statuit vt in crastino substitueret sibi successorẽ. Sed ꝑri? voluit cõsulere mentẽ deoz. ꝙ orauit deos suos vt intimarent ei quẽ nepotũ suorum vellent ei substitui in imꝑio. Et statuit apud se. vt illũ qui ꝑius veniret ad eũ in crastino cõstitueret imperatorẽ. vt ita quasi ꝑ sortẽ eligeret. ꝙ tñ significauit tyberio vt ꝑior veniret. Qui mane noluit venire nisi ꝑãsius. Et cũ mitteret tyberi? nuncios ad nepotes suos. nõ inuenerũt nisi gaium. Et venit gaius ꝑior ad tyberiũ. Quẽ videns tyberius fleuit amare. dolẽs qz alter nõ venerat quẽ volebat substituere. qz tenerius eũ diligebat. sed dissimulabat. Et locutus est ad eũ tyberi?. Fili tu succedes mihi in imꝑio qõ pori? debebaꝫ tyberio. ãsi iure hereditario. tanꝫ filio filij. sed ego video te vtilez imꝑio et noui mentes deoz. Caue ꝙ ne molestes eum. sed semp habeas eum tanꝫ fratrez Barage vt negocia imꝑij sapiẽter disponas ꝙ exequias funeris mei imperiali honore perficias. Et conuocatis nobilibus. denunciauit eum imꝑatorem. ꝙ mortu? est. Et statim aliquantulum insonuit fama in ciuitate romana de morte tyberij. ꝙ venit quidam hebreus amicus herodis agrippe ad carcerem. ꝙ hebraice dixit ei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Mortuus ẽ leo. Et cepit agrippa mirabiliter gratulari. adeo vt quereret ab eo dominus carceris que esset causa tante exultationis. Et cõfessius est. quia ille significauerat ei hebraice mortem tiberij. Et statum dñs carceris liberauit eum. & statuit sibi collateralem in mẽsa. In crastino insonuerũt alij rumores. scz q tiberius conualuerat. & tertia die romã ventur⁹ erat. Tunc arguit eum dñs carceris quia deceperat eum. timens ne in caput eius redundaret q liberauit eum. & mirabiliter verberauit eum & retrusit eum in carcerẽ. Postea increpuerunt certi rumores de morte tiberij & substitutione gaij. Et venit gaius romã & sepeliuit tiberiũ honorifice. & ipa die voluit liberare agrippã. sed dissuasum est ei. ne videretur facta tiberij subito in irritum velle reuocare. Postea p aliquot dies liberauit eum & sublimauit eu3. Dedit enim ei duas tetrarchias scz tetrarchiam philippi. qui erat tetrarcha ituree & traconitidis regiõis. & tetrarchiam lisanie qui erat tetrarcha abiline. & imposuit ei diadema. & sublimatum in regem remisit in iudeam. & inuiderunt ei omnes ppinqui eius. etiam sororꝫ eius herodias. q̃ miserata fuit infelici. modo inuidit felici. pcipue quia habebat nomẽ regis. quia vir suus erat maior natu filius magni herodis. & nunq̃ meruit rex appellari sed tetrarcha. Persuadebat itaq̃ viro suo de die in diem vt iret romã. & sata geret omnibus modis. vt sibi cõpararet nomen regis. Ille malebat esse in ocio. quia opulentus erat. vnde sepe vxori exasperata dicebat. Pereãt opes tue. quia magis diligis opes q̃ honores. Tandez victus instantia vxoris. iuit ad gaium cũ magno apparatu. & ipa cũ eo. & inuenerũt gaium baias. Herodes agrippa qui psenserat q nõ p bono suo issent. disposuit ire post eos. sed p̃misit nunciũ quendã familiarem suũ & amicissimũ gaij. p quem direxit epistolam gaio in qua cõtinebatur. quia herodes tetrarcha etiã viuente tiberio firmauit amiciciam cum rege parthorum. vt esset rebellis romano imperio. & in argumentũ huius rei significauit ei. q2 in ciuitatibus suis habebat arma q̃ sufficerent septuaginta milibus armatorꝫ.

Qõ gaius mandauit statuam suã erigi in templo. C.LXIII.

Cvinqz venisset herodes tetrarcha & herodias sor sua ad gaium & saris honorifice accepisset eos. supuenit nuncius herodis agrippe. & porrexit epistolã gaio ex pte herodis agrippe. Perlecta epistola. gaius q̃si aliunde recipiẽs cepit inquirere de statu herodis tetrarche. & inter cetera quesiuit ab eo. vtrum in ciuitatibus suis tanta copia esset armorꝫ. quantã ipe audierat. & nõ negauit. Et tunc credens gaius verum esse qõ significauerat ei herodes agrippa. relegauit eum in exilium. vxori aũt sue quia erat sor herodis agrippe quem maxime diligebat. dedit libertatem redeundi. vt haberet terram suam. Ipa aũt comitata est virum in exilio dicens. quia nõ timiteret eu3 in aduersis. cui cõmunicauerat in prosperis. & deportati sunt in exiliũ lugdunum. vbi postea miserabiliter mortui sunt. Et dedit gaius galileam quam habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe. & ita habuit tres tetrarchias Fuit autem gaius in initio impij sui per biẽnium satis mansuetus. postea euanuit cor eius in elationem. & in tantam prorupit vesaniam. vt ab vniuersis hominibus imperij sui vellet coli tanq̃ deus. & dicebat se fratrem esse iouis. Unde etiam filiam vnicam quam habuit ponebat inter genua iouis. vt ita quasi cõmunis vtriq̃ videretur. postq̃ egressa fuerat de genibus iouis. Visit ergo imaginem suam p vniuersum impium suum. vt omnes adorarent eã. & sic fecerunt omnes exceptis iudeis. Ñ cũ i alexãdria ciuitate orta esset

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

sedicio inter iudeos ⁊ gentiles. ⁊ veniſſet vtraq; ps ante gaium. vt diſcuteret̃ controuerſia. inter ceteras allegatiões quas habuerunt gentiles cõtra iudeos. obiecerũt eis. quia deũ ſuũ quẽ cõmuniter omnes gentiles recepant. ipſi ignorabãt. q; imaginẽ gaij nolebant adorare. Et tunc primo ſciuit gaius. quia iudei non adorabant imaginem ſuã. Significauit aũt petronio pſidi ſirie. vt ſtatuã ſuam poneret in templo in hieruſalẽ vt facilius recipe/rent eam in circũſtantib; ciuitatib. Qđ ſi forte iudei reclamarent. collectis romanis legionibus intraret iudeaz. ⁊ nemini peteret manus eius. Collecto ergo exercitu intrauit petronius iudeã. ⁊ venerũt ad eũ iudei de hieruſalez cũ amicis herodis agrippe. qui erãt precordiales gaio. ⁊ ſupplicauerũt ei. ne ad hoc eos hortaretur. q; prius permitterent ſe occidi. ⁊ parabant iugulos. Dicebant etiã q; nũq; amplꝰ colerent terrã. vt ſic inedia afflicti morerentur. Et rñdit petronius. nõ de cõſilio ſuo hoc ꝓceſſiſſe. ſed nõ audebat reſiſtere mandato imꝑatoris. Videns tñ. q; graue iacturam incurreret gaius. ſi amitteret tributa totius iudee. ꝓmiſit q; opponeret ſe gaio ꝓ eis. ⁊ miſit epiſtolã ſuam gaio ꝓ viros honoratos. vt deſiſteret ab hoc mandato. Qui cũ veniſſent ad gaiũ nõ auſi ſunt ꝓſentare ſe cõſpectui eiꝰ. ſed acceſſerunt ad herodẽ agrippã vt ſubueniret iudeis. quia vna de tetrarchijs ſuis ſez galilea in iudea erat.

De morte Gaij imꝑatoris. C. LXIIII.

Hunc herodes inuitauit gaium in craſtino. vt comederet cũ eo. Et cũ in craſtino eſſet i cõuiuio. ammiratus eſt delicias cõuiuij. Et cepit memorari gaius quanta fuerat paſſus ꝓ eo herodes. ſez vincula tiberij. ⁊ alia multa. et ꝓcepit vt peteret quicquid vellet. At ille rñdit ei. ſufficere ſibi gratiã ſuam. Et cũ ille inſtaret vt aliquid peteret. petijt ne poneret ſtatuã ſuam in templo in hieruſalem. Et iratus eſt gaiꝰ. tamen cõſiderauit animoſitatẽ agrippe. q; noluit opes vel honores querere. ⁊ acquieuit ei. ⁊ ſcripſit petronio in hũc modum. Si nõdũ poſita eſt ſtatua in templo. nõ eſt neceſſe vt ponatur. Et ſic nõ eſt poſita eius ſtatua in templo. Poſtea reſipiſcẽs gaius reſcripſit petronio in hũc modum. Quia cõtempſiſti mandatũ imꝑatoris. ⁊ potius dileciſti munera iudeoꝝ. elige tibi genꝰ mortis q; vis. vt diſcant omnes nõ eſſe tutũ obuiare mandato imꝑatoris Sed deo ꝓcurante ita factũ eſt. vt prius audiret famã mortis eius. q; videret nũcios huius legationis. Cũ enim eſſet rome. ⁊ rediret a ludis circenſibus. conſilio ſenatoꝝ interfectus eſt a duobus. ⁊ orta ẽ in ciuitate diſſenſio inter curiã ⁊ milites ⁊ populũ. Curia dicebantur ſenatores et viri conſulares. id eſt qui de genere conſulũ. vel digni vt fierent conſules. Quia ergo viderant ſenatores ſeuitiã imꝑatoris. ⁊ incomoda que inde cõgerant reipublice. voluerũt penitus extirpare imperiũ imꝑatoris ab vrbe. ⁊ voluerunt eã redigere ad antiquũ ſtatũ. in quo erat ante iuliũ ceſarem. vt eſſet regimen ciuitatis i arbitrio cõſulum ⁊ ſenatoꝝ. Ecõtra milites ⁊ populus timentes auariciã ſenatorum. ⁊ amantes donatiua imꝑatoꝝ. cõſtituerũt imꝑatorem claudium auũculum gaij. virum manſuetum ⁊ pium.

De eodem. C. LXV.

Hunc venit herodes agrippa ad ſenatores. dicẽs ſecum de nobilioribus in curia. ſimulans ſe fauere parti eoꝝ. cum haberet eos eroſos ꝓpter mortem gaij. Conſuluit ergo eis. vt ſignificarẽt claudio ne moueret ſciſma in ciuitate. ſed deſiſteret ab hoc incepto. Et ſenatores rogauerunt herodez vt pergeret cum eis ad claudium. Et confeſſus eſt ſe libenter fungi hac legatione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et missus est ad claudium cū alijs. ⁊ eis audientibus dixit ei q̄ dixerat coram se natoribus. q̄ vellet claudi⁹ desistere ab incepto. Jn aure aūt dixit claudio vt nō desisteret ab incepto. q⁹ ipse sataageret vt maio⁹ ps nobiliū faueret pti eius. Et renunciauit senatoribus q̄ nollet claudi⁹ desistere ab incepto. ⁊ cepit eis psuadere ne cōtrairent. q⁹ nō possent impedire. Et allexit quosdā ⁊ tandē oēs. ⁊ ita sine contradictione factus est claudius imp⁹. Et psuasione herodis agrippe oēs occisi sunt qui cōsenserant in mortē gaij. Et petijt ab eo herodes agrippa vt decretū gaij de statua sua adorāda reuocaret in irritū. q⁹ impiū erat. Et acquieuit ei ⁊ p̄cepit ei. vt epistole reuocationis p singulas ciuitates iudee ponerent in loco eminenti. vt viderentur ab omnibus.

Quomodo occiso iacobo voluit apprehendere petrum. C.LXVI.

Posteavoluit herodes accipe licentiaz a claudio ⁊ redire ad ꝓpria. ⁊ tūc claudius dedit ei quartā tetrarchiam. scz iudeā. ⁊ sublimatus est rediēs ad ꝓpria. Et venit primo i iudeā. ⁊ honorifice susceptus est a iudeis q⁹ in multis iuuerat eos. Et cū ꝓpe essent dies azimoꝝ venit in hierusalē ante diē festū vt purificaret. ⁊ mundus interesset diei festo. Et ante dies azimoꝝ occidit iacobū fratrē iohannis. postea in dieb⁹ azimoꝝ videns q⁹ placeret iudeis. apposuit vt apprehenderet ⁊ petrū. De iacobo aūt refert clemens alexandrinus. q⁹ cū detrusus esset in carcerem. nocte cōuertit ad fidem custodē suū. ⁊ in crastino cōfessus ē se esse xpianuz. ⁊ cū ambo traherentur ad martiriū. dixit iacobo. Pater da mihi remissionē. At ille parū deliberās ait. Pax tibi. Et osculatus est eū ⁊ simul ambo capite truncati sunt. Petrū aūt apprehensū misit in carcerē. q⁹ in diebus azimoꝝ nō licebat aliquem occidere. ⁊ p̄ter custodes carceris tradidit eum custodiendū quatuoꝝ q̄ternionibꝫ militū. volēs post pascha ꝓducere eū pp̄lo. vt ipe pp̄ls occideret eū. nō ipse herodes vt iacobū. q⁹ magis videbatur eis gloriosum. si ipi occiderent eū. quia erat p̄inceps apostoloꝝ.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis. C.LXVII.

Cum aūt in crastino ꝓducturus eum esset herodes populo. ipa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus. q̄ adhuc rome esse dicunt. ⁊ custodes ante ostiū custodiebant carcerem. Et ecce angelus astitit. ⁊ lumē refulsit in habitaculo carceris. ⁊ miraculose factuz est. vt solus petr⁹ videret lumē. ꝑcussoq⁹ latere petri excitauit eū dicēs. Surge velociter. Et statim ceciderūt cathene de manibus eius. que adhuc rome esse p̄hibentur. Et dixit angelus ad eū. Precingere ⁊ calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulū. ꝓpter molestiaz carceris. vt circa pedes dimissa. temparet frig⁹ noctis. In quo datū est exemplū sanctis viris. q⁹ in angustijs licet aliquid laxare de rigore ordinis. Legimus enī ap̄los ⁊ ꝓphetas duris cingulis vsos ꝓpter afflictionem carnis. ⁊ petrū ad tēpus deposuisse cingulū ꝓ molestia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatū angeli. ⁊ addidit angelus. Circūda tibi vestimentuz tuū ⁊ sequere me. Et exiens sequebatur euz. ⁊ nesciebat. q⁹ verum est quod fiebat ꝑ angelum. id est non putabat hoc in rei veritate fieri. sed imaginaria visione ostendi. Unde sequitur. Existimabat se visuz videre. ⁊ hoc sibi ostensum imaginaria visione. Transeuntes aūt primā custodiam. id est custodes carceris custodie deputatos. ⁊ secundam. id est duos quaterniones. Vel primam custodiam. id est primū quaternionē cum suis. venerūt ad portam ferreaz q⁹ ducit ad ciuitatem. que putatur fuisse in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

atrio carceris. Carcer enim habebat atrium. erat ī exteriori pte ciuitatis. siue extra ciuitatem. & vltro aperta est eis. Et exeuntes pcesserunt in vicum vnum. & cōtinuo discessit angelus ab eo. vt sciret se ī reueritate de carcere eductum. qui putabat sibi hoc imaginarie ostensum. Et tūc ad se reuersus id est ad mentem suam. qz fuerat in maximo stupore. dixit. Nūc scio vere quia misit dñs angelum suū. & eripuit me de manu herodis. & de omni expectatione plebis iudeoz. Et considerās vbi esset venit ad domū marie matris iohannis qui cognominat marcus nō euāgelista. vbi erant multi congregati causa orationis vt orarent p petro. Et cum pulsaret petrus ad ianuam. egressa est puella ad videndum nomine rode. Et vt cognouit vocem petri. p gaudio non aperuit ianuaz. sed recurrens nunciauit petrum stare ad ianuam. Et dixerunt illam insanire. scientes petrū incarceratū esse. Illa aūt affirmabat vem se sic habere. Illi aūt ex eis dicebant. angelus petri est. Sup quem locum dicit hieronimus. tantam dignitatez esse animaz. vt vnaquecz ab ortu natiuitatis sue habeat angelū sibi in custodiam deputatum. Petrus aūt pseueranter pulsabat. Et cū aperuissent. viderunt eū. & obstupuerunt. Et innuit eis manu vt tacerent. vt sub silentio miraculum viderent vel audirēt. Vel forte ideo. ne clamore gaudentium aduentus ei? in ciuitate ꝓpalaretur. Et narrauit quō eduxit eū dñs de carcere. & ait. Nunciate hoc iacobo & fratribus. scz iacobo alphei episcopo hierosolimoz. quia alter iā fuerat decollatus ab herode. Et egressus eadez illa nocte abiit in alium locum timore herodis & iudeorum.

De morte herodis. C.LXVIII.

Rastina aūt die post eductionem petri de carcere Erat enim pua purbatio inter milites & custodes. quidnam esset factum de petro. Vnde apparet qz clausum reliquerat carcerem. alioquin nō esset ambiguū eū euasisse. Herodes aūt cū requisisset eū. & non inuenisset diligenter inquirēs de custodibus. vtrū nossent quidnā factū esset de eo iussit eos adduci ad se. vt vindicaret in eos. nō tñ vindicauit dñs. procurante. vt solutio petri nulli noceret. Imminente aūt negocio. herodes descendit a iudea in cesareā palestine. ꝓpinquā tiro & sidoni. vt noceret tirijs & sidonijs quibꝫ iratus erat. Nō audiētes tirij & sidonij. venerunt ad blastum qui erat cubicularius herodis et custos thesaurōz eius. qz erat amicus eorum & patronus. & eo interprete reconciliari sunt herodi. Nō em poterant sustinere inimicitias regis tam vicini. Sequēti aūt die herodes vestitus veste regali. sedebat p tribunali apud eos. & cōtionabatur ad eos blandiens eis. Populus aūt clamabat dei voces & nō hominis. id ē exhibebant ei laudes deo debitas & non homini. Et dū adulatorijs fauoribꝫ demulceret & oblatos sibi diuinos honores nō respueret. respiciēs supra se vidit immanentē & insistentē capite suo in funiculo angelū. id est bubonē mortis eius. prime nunciū. & tūc vt tradit ioseph? inclinauit se ad eos qui sibi applaudebāt. & dixit eis En ego de? vester morior. Sciebat enim iuxta qd dixerat ei augur. cū traheret ad carcerē se infra. v. dies post visionē bubonis moriturū. Et cōfestim vt habet in hystoria percussit eū angelus dñi. i. facta ē super eū vindicta dei. quia p quincꝫ dies ventris dolore cruciatus est. Et corrodebant vermes viscera eius. & ita paulatim cōsumptus a vermibus expirauit.

De agrippa. C.LXIX.

Reliquit autē filium qui dictus est agrippa non cognominatus herodes qui adhuc rome erat. nec habuit totū regnū patris sz pē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Habuit autē terram duarū tribuū ⁊ dimidie vltra iordanē. Unde legit qz fideles in iudea imminente euersione hierusalem. ad ammonitionem angeli secesserunt in regno agrippe istius scz filij herodis agrippe. Reditus historie ad ordinem suum. C.LXX.

Et nunc redit historia ad ordinē suū. ⁊ cōtinuat ei qđ supra dictū est. collectā factā a fidelibus antiochie. missam paupib⁹ in hierusalē p barnaban ⁊ saulū. Qđ eñ interserū est de herode. de morte iacobi. de incarceratione ⁊ liberatione petri. quasi inciens fuit. Prosequit ergo de reditu barnabe ⁊ sauli a hierosolimis historia ī hūc modū. Uerbuz dñi crescebat ⁊ multiplicabatur. Barnabas aūt ⁊ saulus reuersi sunt hierosolimis. assumpto secū iohanne qui cognominatur marcus post expletū ministeriuz. Erant aūt in ecclesia qui erant antiochie p̄ter eos qui venerant a hierosolimis pphete ⁊ doctores. inter qs erat simon qui vocabatur niger. ⁊ lucius cirenēsis. ⁊ manahen qui erat herodis tetrarche collactaneus. id est eodē lacte nutrit⁹. Et possunt idem accipi pphete ⁊ doctores. Uel pōt ita distingui. prophete de futuris. ⁊ doctores de p̄teritis. Et vide qz iste simon dictus de colore niger si sit latinū vocabulū vel si est hebreum. dict⁹ est niger. quasi ascendens de virtute ad virtutem. Niger est hebreum. ⁊ interp̄tatur ascendens. Ministrantib⁹ aūt illis dño ⁊ ieiunātibus. dixit eis spūs sanct⁹. Segregate mihi barnaban ⁊ paulū in opus in qđ assumpsi eos. Qui audito consilio spūs sancti. remiserūt saulū ⁊ barnaban ī hierusalē ad petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannem qui erāt ibi. Qui gauisi sunt audito mādato dñi vel spūs sancti. ⁊ ieiunantes et orantes imposuerūt eis manus in modū ordinandoz. Utrū aūt p̄ter impositionē manuū aliā ordinis solennitatē circa eos celebrauerunt incertū est. Nec de ordinatione apostoloz aliquid legitur. vel qz dominus eis imposuerit manus. De petro tū certū habet. qz antiochie missam celebrauerit. Sed potuit apostolis p ordinatione sufficere. qđ dictū ē eis a dño. Hoc facite ī meā cōmemorationez. Et licet nō interfuerit barnabas ⁊ paul⁹. tñ qz post ea electi sunt ad apostolatū cōsilio spūs sancti. forsan in hoc cum alijs fuerunt priuilegiati. nec alia solennitas ordinatiōis circa eos celebrata est. Multi in primitiua ecclesia sine hac solennitate ordinationis ad sacerdotiū promoti sunt. ⁊ multi laici sine diaconio. ⁊ p̄cedentibus ordinibus sacerdotes facti sunt. ⁊ imponentes eis manus dimiserūt eos. Et ip̄i quidez missi a spiritu sancto eodē duce itineris. qui sepauerat eos a ceteris abierūt seleuciam. ⁊ inde nauigauerūt cipz. Et cū venissent salaminā p̄dicabant verbum dei in synagogis iudeoz. ⁊ p̄ter reuerentiā sue duriciam eoz. ⁊ habebāt secū in ministerio p̄dicationis iohannem qui cognominatur marcus.

Qđ paulus ⁊ barnabas conuerterūt Sergium pconsulem. C.LXXI.

Et cū perambulassent vniuersam insulā cipz scz vsqz paphū inuenerūt quendā virū magnū pseudo pphetā iudeū. cui nomen erat barien qui erat cū sergio paulo viro prudēte. qui erat hō magne dignitatis. Erat eñ pconsul. i. secūdus a pśule. Hic accersitis barnaba ⁊ paulo. desiderabat audire verbū dei. tñ resistebat eis elimas Et vide. qz alterū est interp̄tario alteri⁹. Elimas enim interp̄tatur mag⁹. ⁊ sic nomen cōmune maleficoz appropriatū est isti. Saulus aūt qui ⁊ paulus. repletus spiritu sancto intuēs eum dixit. O plene omni dolo ⁊ oñi fallacia. fili diaboli. inimice oīs iusticie. non desinis subuertere vias dñi rectas. Nota qz dictuz est saul⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

qui ⁊ paulus. Tradunt enim sancti. qꝫ a sergio paulo ad fidẽ conuerso. dictus est paulus. Unde hic primo fit mẽtio de nomine pauli. Sol? origenes dicit. qꝫ semper fuerit binomi? dictus. scz saul? ⁊ paulus. Uel in apostolatus acceptiõe primo sortitus ẽ hoc nomen. vt qui primo a saule psecutore dicebaꝫ saulus. de superbo factus humilis. ꝑ paulo dictus ẽ paul?. q̃si modicus ⁊ humilis. Uñ quasi nomẽ suum interpretando. dicit seminimũ apostoloꝝ. Uidebaꝫ autẽ. xiij. anno a passione dñi ꝓmotus ad apostolatũ cũ barnaba. ⁊ sortitus pauli vocabulũ. ⁊. xiij. ꝓfectus ẽ ad magisteriũ gentiũ. Cui satis ecclesiastica historia cõcordat. vbi legiꝫ. ꝓceptuꝫ apostolis esse. vt post passionem ꝑ. xij. annos ꝓdicarent in iudea. Tercio aũt decimo anno ceperunt paulatim transire ad gẽtes. nõdũ eñ ex toto. postea omnino exierũt de finibꝫ iudee. ⁊ nũc inquit ecce manꝰ dñi sup te. i. vindicta dei exercebiꝫ in te. Eris eñ cecus lumine capitis. sicut ecꝰ es lumine mẽtis. nõ vidẽs ad tẽpus solẽ materialẽ. qꝫ nõ vides solẽ iusticie ꝑ fidẽ Et cõfestim cecidit in eũ caligo ⁊ tenebre. ⁊ cecutiens. id est in modum ceci in circũiens se vertẽs querebat. qui manũ ei daret vt duceret eũ. Et statim ꝓcõsul viso miraculo credidit. ãmiras sup doctrina dñi.

De discessu iohãnis ab eis. C. LXXII

CUm aũtẽ a papho nauigasset paulus ⁊ barnabas cũ eo venerũt ꝑgen ciuitatẽ pamphilie. Ire iohannes discedens ab eis reuersus est hierosolimã vnde venerat cũ eis. Et forte reprehensibilis fuit causa quare discessit ab eis. ⁊ hec fuit causa discidij inter paulũ ⁊ barnaban. de qꝫ habebis inferius. Paulus vo ⁊ barnabas venerunt antiochiã psidie. qð additũ est ad differẽtiã alterius antiochie. q̃ dicit antiochia syrie. q̃ olim dicebaꝫ reblata. quã nos adhuc vocamus antiochiã. Et ingressi synagogam die sabbati sederũt quasi audituri legẽ. nõ ꝓdicaturi. Post lectionẽ aũt legis ⁊ ꝓphetaꝝ. dixerunt ad eos principes synagoge. Uiri fratres. si quis est ī vobis sermo exhortationis dicite.

De predicatione pauli ⁊ barnabe in synagoga. C. LXXIII.

SUrgẽs aũt paulus ⁊ manu silẽtiũ indicens. ait. Uiri israhelite ⁊ qui timetis deũ de gentibꝫ audite. Deus plebis israhel patres nostros elegit ⁊ exaltauit plebem cũ essent incole in egipto. seruientes in luto ⁊ latere. de q̃ eduxit eos ī manu forti. Et. xl. annis sustinuit mores eoꝝ in deserto. introducens eos in terraꝫ ꝓmissam. destruens septẽ gẽtes q̃ habitabant in terra. sorte distribuit eis terram. q̃si post quadringẽtos quinquaginta annos. Et intelligendũ est a natiuitate isaac vsqꝫ ad exitũ israhel de egipto fluxerũt anni q̃dringẽti quinqꝫ. Postea cõpletis xl. annis in deserto vsqꝫ in terrã chanaan diuisa est terra. A natiuitate ꝙ isaac vsqꝫ ad diuisionẽ terre fluxerunt q̃dringẽti. l. anni. Et post quadringẽtos. l. annos dedit dñs iudices populo suo. ⁊ ex tunc fuit populus dei sub iudicibꝫ vsqꝫ ad tẽpꝰ samuelis. ⁊ exinde postulauerũt regẽ. ⁊ dedit eis saul. qui regnauit. xl. annis. cõputatis simul annis samuelis. Dicit eñ habetur in cronicis hebreoꝝ. Et eo sublato de medio. suscitauit eis dauid regẽ cui testimoniũ phibens ait Inueni virũ scõm cor meũ. ex cuius semine suscitauit deꝰ ie sum saluatorem israhel. cuius aduentus fuit preco iohannes.

Adhuc de eodem. C LXXIIII.

UIri inquit frẽs filij generis abraham. ⁊ qui inter vos de gentibus sunt timentes deum. vobis specialiter verbum salutis huius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

missum est. Qui enim habitant in hieru salē ⁊ principes eius hūc ignorantes esse iesum. ignorantes etiā voces ꝓphetarum qui p omne sabbatū leguntur. adiudicātes eū morti. eas impleuerūt nesciētes. Deꝰ vo suscitauit eum tercia die a mortuis. ⁊ visus ē p. xl. dies his qui simul ascēderāt cū eo de galilea in hierusalē. qui vsq; nūc sunt testes eiꝰ ad plebē. Et nos vobis annūciamꝰ eam q̄ ad patres nostros repromissio facta est. quoniā hāc deꝰ adimpleuit filijs eius resuscitās iesum. Notū igit̄ sit vobis viri fratres. q; p huuc vobis remissio peccatoꝝ. ⁊ annūciat̄ ab omnibꝰ sci licet peccatis. quibꝰ non potuistis in lege moysi iustificari. Qui credit in hūc iustificat̄. Videte ḡ ne sitis contemptores. ne veniat sup vos vindicta dei. qui cōminat̄ cōtemptoribus in hūc modū. Videte cōtemptores ⁊ admiramini. ⁊ disperdimini. id est videtes admirabimini ⁊ disperdimini. q; opus operor in diebꝰ vestris. qd nō creditis id ē q; nō creditis opi qd opabor in diebꝰ vr̄is. id est incarnationi.

Quare trāsierūt ad gētes. C. LXXV

Exeuntibus autē tem illis rogabant. vt sequenti sabbato loquerēt adhuc in synagoga. Et cū egrederēt de synagoga. multi iudeoꝝ ⁊ aduenarū id est gentiliū vel iudeoꝝ. de dispersione venientiū secuti sunt paulū ⁊ barnaban. Sequenti vo sabbato pene vniuersa ciuitas cōuenit vt audiret verbū dei. Qd videtes iudei. repleti sunt zelo inuidie. quo cōmoti ceperūt cōtradicere his que dicebant̄ a paulo blasphemantes. Blasphemus enim est qui ex inuidia obloquitur veritati. Tūc repleti zelo dei paulus ⁊ barnabas cōstanter dixerunt. Vobis oportet primū loqui verbū dei. iuxta verbū dñi. dicentis. Nō sum missus nisi ad oues que pierunt domus israhel. Sz quia repellitis illud. ⁊ indignos vos facitis. ecce conuertimur ad gētes. Et nota. cum hoc legatur hic dictum a paulo et barnaba in annochia pisidie que nō in iudea est sed in grecia. in plerisq; locis legit̄ dictū ab apostolis in iudea sc̄z cū vellent transire ad gentes. postq; p. xq. annos ꝓdicatū est in iudea. Ecce nō moueat te. qz potuit vtrobiq; dici. Sic enim ꝓcepit nobis deus. posui te in lucē gentiū. vt sis ei in salutē vsq; ad extremū terre. Et sunt ī isaia verba patris ad filium. Ac si diceret pater filio. Visi te vt post tenebras infidelitatis vsq; ad terminos terre gētibus disseminares lucē veritatis. Sed cū specialiter dictū sit christo. nō est cōtrarium qō hic legit̄ dictū paulo. qz tanta ē vnio capitis ⁊ mēbroꝝ. vt qō dictuz est capiti. membra dictuz reputent sibi. sicut caput ꝑs plecutionē mēbroꝝ reputat inflictaz sibi. dicēs. Saule saule quid me plequris

De recepta ꝓdicatione a gentib⁹. Capitulum. LXXVI.

Audientes autē gentes mētionē de salute sua gauise sunt. ⁊ magnificabant deū. ⁊ crediderunt ex eis multi. Judei vñ zelo id ē liuore inuidie succensi concitabant mulieres religiosas ⁊ primarias ciuitatis. ⁊ excitabant plecutionē in paulū ⁊ barnaban. et eiecerunt eos de finib⁹ suis. At illi excusso puluere de pede. iuxta qō ꝓcepat dñs in testimoniū illis. venerunt yconiū. Et ingressi ciuitatē locuti sunt in synagoga. ⁊ credidit copiosa multitudo iudeoꝝ et grecoꝝ. Et demorati sūt ibi multo tpe fiducialiter ꝓdicantes. dño ꝓdicationē miraculis cōfirmāte. Nōnulli vñ de iudeis in incredulitate pinaces. ad iracundiaz cōcitauerūt animos gentiū aduersus credentes. Et diuisa est ciuitas. quibusdam fauentib⁹ iudeis. alijs fauētibus apostolis. Et cum factus esset impetus gentiliū ⁊ iudeoꝝ. cum principibus suis vt contumelijs afficerent apostolos. ⁊ lapidarēt. id est lapidibus fugarent eos. cōfugerūt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

ad ciuitatẽ licaonie. scz listram ⁊ derben. Et cũ hic dictũ sit venerũt listram. iuxta consequentiam sermonis in sequenti vbi dicitur. erat quidam infirmus listris. potius dicendum fuit listre. Sed potest nomen ciuitatis multiplicem habere declinationez. vt dicatur listra listre. vel listre listrax. vel listris indeclinabile. Unde sequit. Erat quidã vir listris. qd greco consonat vbi habetur. paul⁹ ⁊ barnabas morabantur in listris. Erat aũt vir iste infirmus pedibus claud⁹ ex vtero matris sue ⁊ sedebat. quia nec ambulare nec stare poterat. nec vnq3 ambulauerat. hic audiuit paulũ loquentez. Quem intuitus paul⁹ ⁊ vidẽs spiritu sancto reuelante quia haberet fidem vt saluus fieret. scz tantã que ad salutem sufficeret. Uel videns quia se saluandũ crederet. dixit magna voce. In nomine dñi nostri iesu christi surge ⁊ sta sup pedes tuos rectus. Et statim exiliit ⁊ ambulabat. Turbe aũt cum viderent qd fecerat paulus putabant ipm ⁊ sociũ suũ barnaban deos esse. ⁊ in forma humana eis apparuisse. ⁊ leuauerũt vocem dicentes. Dij similes facti hominibꝫ descenderunt ad nos. ⁊ vocabant barnaban iouẽ. quia prior esse videbat. paulũ vo mercurium qui sermo iuxta eoz opinionez iouẽ comitabat. qui eloquens ⁊ lẽtus fuisse traditur. ⁊ facundiã hominibꝫ pstare putabatur. Unde mercurius quasi medius currẽs inter aures ⁊ linguas a latinis dicitur. a grecis vo hermes id est interpres dicitur. Sacerdos quoq3 iouis qui erat in ciuitate voluit sacrificare barnabe ⁊ ioui. afferẽs thauros ad immolandũ ⁊ coronas. vel ad ornandã faciem tẽpli iuxta ritũ gentilium. vel vt capitibus eoz imponerent ad ornatuz. aut pro aliqua alia causa vel religione nobis ignota. Ut aũt audierunt paul⁹ ⁊ barnabas. qd diuinos honores vellent eis exhibere. scidetũt vestimenta sua. qd semp faciebant iudei audita blasphemia in deum. ⁊ phibuerunt sibi talia exhiberi. dicentes. se esse homines mortales. qui potius venerãt vt eos reuocarent ab idolatria. et vix sedauerũt turbas ne sibi immolarent.

De psecutione quam passi sunt Capitulum. LXXVII.

Demorantibus aũt eis et docentibus in listra supervenerũt ab ycomo et antiochia iudei. et concitatis turbis in psecutionez pauli lapidabant eũ. et eiecerũt eum quasi vile cadauer. estimantes eũ esse mortuũ. De qua lapidatione ad corinthios loquens ait. Semel lapidatus sum. Postea discipuli ei⁹ circũdederũt illũ assistentes ei. et respirauit. et nescientibus iudeis reposuerũt eũ in ciuitatem et conualuit. Et postera die pfectus est cũ barnaba in derben. et predicauit ibi sicut fecerat in listra. Postea redierũt p eadẽ ciuitates per qs illo venerant confirmantes fratres in fide. et constituentes in magnis ciuitatib⁹ pbiteros. id ẽ episcopos. quia eo tpe eodem nomine censebant episcopi ⁊ pbiteri. Et pinde cõstituebant p se episcopos. qz erant migraturi ⁊ incerti. vtrũ ad eos essent amplius reuersuri. Et cũ redeũtes transirẽt listrã ⁊ yconiũ. venerũt ad antiochiã pisidie. Et transeuntes pisidiã venerũt in pamphiliã regionẽ in q̃ est ciuitas pergen. in q̃ locuti verbũ dei descenderũt in italiã ciuitatẽ. ⁊ inde nauigauerũt antiochiã vñ prius exierãt. segregati a spiritu sancto ad pdicationẽ euangelij.

De questione circũcisionis determinata. C. LXXVIII.

Cunqz venisset antiochiã ⁊ cõgregassent fideles antiocenos reuelauerũt eis quanta fecerat deus p eos i gentibus. ⁊ morati sunt ibi nõ modico tempe cum discipulis. Et dum ibi moram facerent. descenderunt quidam de iudea christiani. quidã tamẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

iudaizantes. ⁊ fuerant de secta phariseoꝝ Facta est ꝯ nō minima seditio inter eos ⁊ paulū ⁊ barnaban. qꝝ pdicabant fidem absq; legalibus ad salutē nō sufficere. Et cōsentiebant eis multi veteri consuetudine imbuti. Et statuerūt vt p̄ hac lite diiudicanda ascenderēt in hierusalē ad maiores apostolos. scz ad petrū ⁊ iacobū ep̄m hierosolimoꝝ. Et ascēdit paulus cū barnaba assumpto ⁊ tito. sicut ipe refert i epistola ad galathas. Et qui descenderāt de iudea. ascēderūt cōtra eos quidā scz de hereſi phariseoꝝ ad fidē cōuersi. Qui cum venissent hierosolimā ⁊ essent in p̄sentia apostoloꝝ petri ⁊ iacobi ⁊ senioꝝ. surrexerūt cōtra paulum ⁊ barnaban dicentes. Oportet circūcidi fideles. ⁊ seruare legē moisi. Et audita vtriusq; partis sententia cōuenerūt apostoli ⁊ seniores vt diiudicarēt sup̄ hoc. ⁊ post multā disceptationem ⁊ inquisitionē factā inter apostolos ⁊ seniores. surgens petrus rationabiliter ostēdit nō esse imponendū fidelibꝫ iugū legis. qꝝ ipe cōsilio dei baptizauerat coꝛneliū. ⁊ gentibꝫ p̄dicauerat verbū euāgelij. ⁊ deus p̄dicationez eiꝰ cōfirmauerat. fide mundās corda eoꝝ. ⁊ anteq̄ baptizarent visibiliter mittēs sup̄ eos spiritum sanctū. nec indicēs eis obſeruantiā legaliū Quid igit inquit nūc tēptatis ponere iugū sup̄ ceruices discipuloꝝ. qđ neq; nos neq; patres nostri portare potuimus. Et statim ceperūt paulus ⁊ barnabas narrare quanta signa ⁊ pdigia deꝰ fecerat i gentibus p̄ eos. Et tacebat multitudo audiens eos.

De sermone iacobi fratris domini. C.LXXIX.

AT facto silentio locutus est iacobus adhērēs verbo petri. Viri inquit fratres audite me. Simon narrauit quēadmodū deus primū visitauit gentes vocans eas ad fidē. ⁊ testimonia ꝓphetaꝝ. Et inductis testimonijs ibi diuersoꝝ ꝓphetarū. ⁊ auctoritate pontificali ꝓtulit diffinitiuā sententiam dicēs. Propter qđ ego iudico non inquietari eos qui ex gentibꝰ cōuertunt ad deū. sed cōsulo vt dirigamus ad eos epistolam vt abstineant se ab idolatria ⁊ fornicatione ⁊ suffocato ⁊ sanguine. Idolatria siquidē ex gētibus maxime pullulauerat. fornicatio quasi naturale quoddā ⁊ nullius reatus reputabat inter gentes. Ideo specialiter decreuerūt apostoli phiberi ista gentibꝫ. Erant enī p̄oni ad effundendū sanguinē. Cōsueuerūt etiaz bibere sanguinez immolatorum dijs suis. Ideo specialiter phibiti sunt a sanguine effundēdo ⁊ bibendo. Quare aūt ad hēaz phibuerint eis animal suffocatū. nō ē facis p̄spicuū. Sed placuit hoc cōsiliū iacobi apostolis ⁊ senioribꝫ. Et cōmuni consensu elegerūt viros. p̄ quos mitterēt epistolā cū paulo ⁊ barnaba iudā scz ⁊ sileā. ⁊ p̄missa est salutatio in hunc modū.

De epistola missa conuersis ex gentibus. C.LXXX.

APostoli et seniores fratres fratribus ex gētibus salutē. Fuit aūt post salutationē hic textꝰ epistole. Audiuimus est qꝝ quidā descēdētes a iudea turbauerūt vos euertentes aīas vestras. volētes vestris imponere cerucibus iugū legis. Ideo de cōmuni cōsensu decreuim? eligere viros. ⁊ mittere ad vos cū charissimis viris nr̄is paulo ⁊ barnaba. Visum est em̄ spiritui sancto ⁊ nobis. vltra nihil vobis imponere oneris. q̄ vt omnes abstineatis ab immolatis simulacroꝝ a sanguine ⁊ suffocato. ⁊ fornicatione. a quibꝫ abstinētes bñ agetis. Valete.

Quomodo consolati sunt conuersos ex gentibus. C.LXXXI.

ADscenderūt igitur paulus ⁊ barnabas in antiochiā. ⁊ duo illi missi sunt cum eis. Cūq; descēdissent congregata multitudine tra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

dederũt eis epistolam. Et audita cõsolatione de iugo legis nõ imponẽdo sibi. gauisi sunt fratres de gẽtibus. Judas aũt̃ & sileas cũ essent, ꝓphẽte cõsolati sunt eos. & multũ cõfortauerũt in fide. Hõ est aũt hoc ꝓtereundũ. qz de ꝓfatu ascẽsu suo in hierusalẽ. ꝑ diuinẽda lite ꝓtexata. scribit apostolus ad galathas in hũc modũ. Deinde post annos. xiij. a conuersione mea ascendi hierosolimã. cũ barnaba assũpto & tito. & cõtuli cũ eis euangeliũ qd̃ ꝓdico in gẽtibus. Ex quo annoz numero colligitur. qz eodẽ anno quo paulus ascendit hierosolimã. scz. xiij. a conuersione sua. petrus ascendit romã. & eodẽ anno sedit i cathedra episcopali. in qua sedit. xxv. annis. Quartodecimo vo & xxv. xxviij. reddunt Vicesimo aũt quinto anno a ꝓmotione beati petri in sedem romanã. scz vltimo anno neronis. passi sunt petrus & paulus. & sic. xxviij. anno a conuersione pauli. Vnde colligit paulũ ad fidem conuersum eodem anno quo dñs passus est. cũ constet petrũ & pauluz. xxviij. anno a passione dñi. qui fuit vltimus neronis passos esse martirũ. Si aũt legat aliqñ paulus cõuersus ad fidẽ. ij. anno a passione dñi. intelligendum est secũdo anno emergente. nõ tñ eodez vsuali. sicut alibi determinatũ est. Quartodecimo g̃ anno a passione dñi. scz q̃rto anno claudij. ascẽdit petrus romaz. & sedit in cathedra episcopali. xx. ãnis sub claudio. qui regnauit xiij. annis. & nero post eũ totidez annis.

Determinat quando sedit antiochie quando rome. C. LXXXII.

Quẽst autẽ que ri quo tpe sederit petrus in sede antiocena. Cõstat enim ꝙ sedit antiochie vij. annis in sede episcopali. qõ necessario de. vij. illoz̃ & xiij. oportet intelligi. qui a passione dñi fluxerũt vsqz ad eiꝰ ꝓmotionẽ in sedez romanã. Post. vij. aũt annos quibus sedit in sede antiocena. cõsilio dñi. de hierusalem ascendit romam. sed in ascẽsu transijt ꝑ antiochiã. vt confirmaret subditos suos in fide. vt habet in cronicis. & substituit euodiũ i sede antiochia. Et in hoc transitu ꝑ antiochiam redargutus est a paulo. qz comedẽs cum quibusdaz fratribꝰ de iudea. timens eos molestare. discernebat cibos. & ita cogebat gẽtes iudaizare. Vñ paulus ait. Cũ venisset cephas antiochiã. i faciẽ ei restiti

De causa dissensionis inter paulum & barnaban. C. LXXXIII.

Quaũt ãno quo ascendit petrus de antiochia romam. paulo & barnaba antiochie remanentibus. erat quidã ꝓcurator in iudea. qui ꝑ violentiã sibi voluit vsurpare potestatẽ cõstituendi summũ pontificẽ & mutandi ꝑ arbitrio suo. & vt posset summinz sacerdotẽ vnũ vel duos cõstituere in eodem anno. Et videntes iudei ꝙ nõ possent ei resistere. petierũt ab eo licentiã conuiuendi gaiũ imꝑatorẽ romanoz̃. vt eiꝰ volũtate hanc potestatem obtineret. alioquin desisteret & cõcessit eis. Et cũ misissent nũcios romã. erat ibi agrippa filius herodis agrippe. quẽ pater decedẽs i manu gaij dimiserat. Gaius aũt differebat eũ mittere in iudeaz tanqz dñm. tũ ꝓpter seuiciam iudeoz̃. tũ ꝓpter temeritatẽ actuum eius. Iste audiẽs ꝙ causa populi sui ageret. intercessit ꝑ eis & obtinuit. Et rescripsit gaius ꝓcuratori. vt ab huiusmodi exactiõe desisteret. & destitit. Et rescripsit iudeis vt sup̃ hoc agerẽt gr̃as agrippe ad cuius intercessionẽ hoc obtinuerãt. Et iudei significauerũt ei vt mitteret eis agrippã. et faceret eũ tanqz regẽ et dñm. ipe tñ adhuc distulit. Postea vo quãdo visum est ei misit eũ in iudeam. nõ tamẽ reddidit ei totam terrã patris. scz qui totum regnum aurum integre obtinuit. sed de..it ei galaditidẽ regionez scz vltra iordanez. terrã duarũ tribuũ. et dimidie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

tribus. ⁊ dedit ei potestatem constituẽdi summũ sacerdotẽ in hierusalẽ ꝓ arbitrio suo quã negauerat procuratori. Iste fuit agrippa. in cuius regnũ successerunt fide eis de iudea. imminẽte excidio hierusalẽ. ab angelo ꝑmoniti. sic habes sup̃ matheum. Sz nũc ꝓsequamur de paulo ⁊ barnaba qui adhuc demorabant in antiochia euangelizãtes verbũ dei. ⁊ iudas abierat silea cũ eis remanẽte. Post aliquot dies visum est eis comode reuerti ꝑ ciuitates in quib⁹ ꝓdicauerãt verbũ dei. ⁊ visitare fratres ⁊ confirmare eos in fide. Barnabas aũt voluit habere in comitatu suo iohãnẽ qui cognominabat marcus. Paulus aũt noluit dicẽs. Nõ assumẽdus. est. qz in fronte aciei cõstitutus nimis trepide steterat. ⁊ qz timore mortis a ꝓdicatione destiterat. qũ sz a pamphilia descendens reuersus est in hierusalẽ. Ideoqz nõ erat assumẽdus ad ꝓdicationẽ. ne alios malo exẽplo lederet. Et facta ẽ dissensio. ita vt discederẽt ab inuicem. Et excusant eos sancti. quia nõ discesserũt odio cõmoti. sed a spiritu suo ad hoc excitati. vt diuisi pluribꝫ locis ꝓdicarent. ⁊ plures lucrifacerẽt. Barnabas aũt assumpto marco nauigauit cipꝛum. Ex eo aũt ꝙ noluit dimittere eũ ꝓpendit fuisse eius cognatus. Legunt aũt fuisse cõsobrini. Paul⁹ autẽ ꝓfectus ẽ assumpto silea quẽ dñs ad hoc remanere fecerat vt ei cõpateret. ⁊ pambulabat syriã ⁊ ciliciam. Postea venit in derben ⁊ listram. vbi erat quidã christianus nomine timoth⁹. filius mulieris vidue vel iudee. natus de patre gentili. cui phibebant testimoniũ religionis omnes fideles qui erãt listris. Hũc cõstituit paulus ẽꝑm eoꝛ. sed circũcidit eũ ꝓ tollendo scandalo iudeoꝛ. ne scandalizarent ꝙ haberent episcopũ incircũcisum. nõ ꝙ legalia post veritatẽ euangelij essent necessaria. paulatim tñ nõ subito iudeis erãt tollenda. ⁊ quasi cũ honore mater sepeliẽda fuit. Postea eduxit secũ paul⁹ timoth̃eũ. ⁊ transeuntes ꝑ ciuitatẽ ꝓcipiebat obseruare decreta apostoloꝛ. ⁊ seniorꝛ qui erãt in hierusalem. ⁊ ecclesie confirmabant̃ ⁊ multiplicabantur.

Nõ phibiti sunt apostoli ne irẽt quo volebant. C.LXXXIIII.

Transeũtes aũt frigiam ⁊ galacie regionẽ volentes ire in asiã. minorẽ. phibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominuꝫ. qz tũc nõ essent credituri. Noluit ꝙ spiritus sanctus sanctũ dari canib⁹. ⁊ impios de contẽptu ꝓdicationis grauius dannari. Voluit etiam has ꝓuincias alijs apostolis reseruari. Philippus nanqz ⁊ iohannes ꝓdicauerũt in asia minori. Lucas in bithinia. a qua similiter a spiritu sancto sunt phibiti. ⁊ ita due cause reddunt̃ qre. phibiti fũt ab huiusmodi ꝓuincijs. Vel ne sanctum dare⁊ canib⁹. vel qz destinati erãt a spiritu sancto alijs apostolis. asia minori iohanni. bithinia luce. Origenes vbi agit de primitijs ⁊ de decimis datis sacerdotib⁹. reddit terciã causaꝫ. Dixit enim qz deus ꝓuidẽs seruis suis alimoniã coꝛpalez. ab huiusmodi ꝓuincijs discipulos ꝓter famẽ phibuit. ꝓter illã sz maximã famem in qua helena fustentauit fratres paupes qui erant in hierusalẽ. q̃ facta est quarto anno claudij. Nec fuit helena mater cõstantini. sed regina abigenoꝛ. cuius amore captus est rex abigenoꝛ. ⁊ eam in vxorẽ accepit ⁊ concepit ex eo. Et cũ nocte dormiret cũ ea. ⁊ posuisset manũ suã sup̃ vterũ prẽgnãtis. audita est ab ea vox in hunc modũ. Vide ne ledas puerũ. qz magn⁹ futurus ẽ in mundo. Et audita voce huiusmodi. stupefact⁹ dixit hoc vxori sue. Postea puerũ natuꝫ cũ summa diligẽtia nutrierũt. ⁊ mortuo patre. adhuc puer factus est rex. ⁊ cõmendatur in multis. Et hec est causa cõmendationis. qz audiens vnũ deum colia iudeis coluit eundem. ⁊ suscepit circũcisio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

nez ·r titus iudeoz. Huius mater helena veniens hierusalem inuenit fratres fideles in hierusalẽ inedia laborãtes. qz erat temp⁹ famis. ·r emit granũ vndequaqz. qua attulerat argenti copiam ad emendũ. ·r sustentauit fratres qui erant in hierusalẽ. Et cũ adhuc esset in iudea. nuncia tũ est ei q⁹ mortuus esset filius eius. ·r statim rediit ·r fecit extrahi cadauer de sepulcro. ·r reportauit in iudeã. ·r fecit nõ longe a hierusalẽ extrahi duo mausolea. ·r in altero reposuit corpus filij. ·r ꝑcepit cũ mortua esset in altero corpus suũ reponi. ·r sic factũ est. ·r adhuc apparent vestigia mausoleoz. ·r putant multi decepti. esse mausoleũ helene matris constantine.

De visione que apparuit paulo nocte. CLXXXV.

Cunqz pertransissent missiã paulus ·r socij ei⁹. venerunt troadem. ·r ostensa est paulo visio p̃ noctẽ. Apparuit ei vir macedo. id est angelus illius gẽris assimilat⁹ est viro macedoni. ꝓprietate lingue vel forma specialis. stans ·r deꝑcans eũ ·r dicẽs. Transiẽs in macedoniã adiuua nos. Ex hoc verbo videtur fuisse homo non angelus. Non egent angeli auxilio nisi dei. Sed hoc ait angelus assumpta ꝓsona macedonũ. Et aũt visum vidit. statim quesiuim⁹ ꝓficisci in macedoniã. certi facti q⁹ vocasset nos deus euangelizare eis. Et nota qõ dictũ est quesiuimus. Hic enim primo ostẽdit lucas se comitẽ fuisse pauli. forte ·r nũc primo adhesit ei. vnde nusqz in p̃cedenti ait venimus. sed vbiqz venerunt. ·r similia. Hic aũt primo cõmiscuit se socijs pauli. vide quoqz qõ ibi dicit erat macedo stãs Sup hoc verbo stans glosa habet modica. Angeli semp stare dicuntur. Cui plerigz adhærentes. in antiphona paschali sedit angelus. emendat. stetit. sed errant. Intelligendũ est semp in hoc libro cũ legantur in euangelio angeli sedisse ad monumẽtũ. Navigantes aũt a troade recto cursu venimus samothraciã. ·r sequẽti die philippis. que est prima ciuitas macedonie. id est venientibꝫ a mari prima occurrit. ·r erat colonia. Dicit aũt colonia ciuitas illa que defectu indigenaꝝ nouis cultoribꝫ implet. vnde ·r colonia quasi a nouis cultoribꝫ dicit. Fuimus enim ibi p dies aliquot. ·r die sabbatoꝝ egressi sumus extra portã iuxta flumẽ vbi videbat esse locus cõgru⁹ orationi. i. locutioni vel supplicationi. Orare nãqz accipit. ·r p orare ·r p supplicare. Qõ recepti sunt a muliere purpuraria. CLXXXVI.

Et sedẽtes loquebamur mulieribus que cõuenerant. Et mulier quedã lidda noĩe. purpuraria ciuitatis tiatirenoꝝ audiebat nos loquẽtes. Potest aũt intelligi purpuraria q⁹si vtens purpura. qz forsan erat de regio semine. Vel potius purpuraria qz tenuit purpure. vel qz vendebat purpuraz. Cũ aũt baptizata esset ·r domus ei⁹ tota. deꝑcata est nos dicens. Si iudicaris me fidelẽ. introite in domũ meam ·r manete mecũ. Et intrauimus coacti. Adhuc enim abhorrebãt intrare domos gentiliũ. p vitando scandalo iudeorum.

De spiritu phitonico a puella electo. CLXXXVII.

Factũ est autem exeũtibus nobis ad orationem. vt obuiaret nobis quedaz puella habẽs spiritum phitonicũ. Potest aũt intelligi phitonissa vel p spiritũ phitonicum opẽtãs arte magica. vel spiritu phitonico vexata. His enim duobus modis accipit in sacra scriptura hoc nomen. vel phitonissa dicitur. que p spiritũ phitonicũ suscitationẽ mortuoꝝ opatur arte magica. vt que ad petitionem saulis ab inferis vocauit animam samuelis. vel potius p ea spiritũ immundũ. Hec autem species

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

artis magice ab apolline phitone inuẽta est. ⁊ ab eius cognomine cognominata ẽ. Dicit enim phitonissa que a spiritu phitonico possidetur. ⁊ eo vtitur quasi organo suo ad diuinandum. qualiter hic potius videt accipi. Et erat questuosa dñis suis. quia multũ pcipiebant emolumentũ ex diuinatione ipius. Hec subsecuta paulũ ⁊ socios ei⁹ clamabat dicens. Isti homines sunt serui dei excelsi. qui annunciãt nobis viam saluris. Et sic clamabat multis dieb⁹. forte p bonũ nature vel potius spiritu sancto spiritũ phitonicuz vt p eũ verũ loquerẽt vrgẽte. Cõuersus aũt paul⁹ ipa post eũ clamante. dixit spiritui immũdo. Precipio tibi in noie ie su xpi exi ab ea Et exiit ab ea q⁹ indignũ erat vt verbũ euangelij p eã spiritus mẽdax annunciaret. Videntes aũt hoc dñi ei⁹ sciẽtes. q⁹ maximũ inde sumerẽt incommodũ. apprehenderũt sileã ⁊ paulum. ⁊ duxerũt eos ad forũ ad principes. ⁊ offerẽtes eos magistratibus dixerũt. Isti cõturbant ciuitatẽ nostrã. cũ sint iudei p̃dicantes nouã quandã religionẽ quã nõ licet nobis suscipe cũ simus romani. Jam eñ decretũ erat a romanis. vt nullus deus de nouo coleret. nisi approbante senatu. Et cucurrit aduersus eos magistratus. et scissis eo⁹ tunicis iusserũt eos virgis cedi. ⁊ flagellatos miserũt in carcerem. pcipientes custodi vt diligenter custodiret eos. Qui accepto mãdato misit eos ĩ carcerẽ interiorẽ. pedes eo⁹ stringens ligno.

De terre motu vnde aperta sunt ostia carceris. C.LXXXVIII.

Media aũt nocte paulus ⁊ sileas decãtabãt hymnos ⁊ orantes laudabãt deũ. Et dũ media nocte orarẽt subito fact⁹ est terre motus. quo sc̃z terre motu omnia fundamenta carceris cõmota sũt. ostia apta. vincula omniũ qui in carcere erant rupta. non solius pauli ⁊ sile sed ⁊ alioz. Expgefact⁹ aũt custos carceris. ⁊ videns ianuas carceris apertas. euaginato gladio volebat seinterficere. autumãs omnes incarceratos aufugisse. Et cũ esset paul⁹ ĩ medio carceris tenebrosi. videns hoc in spiritu exclamauit. Nihil tibi facias mali. Uniuersi enim quos custodiebas hic sumus. Sciebat eñ q⁹ tũc volebat sibi manũ iniicere. q⁹ putabat omnes incarceratos aufugisse. ⁊ petito lumine a ministris introgressus est custos carceris. ⁊ tremefactus tũ p his q̃ facta fuerãt in terre motu. tũ q⁹ intellexerat paulus q⁹ se vellet interficere. procidit paulo ⁊ sile ad pedes. ⁊ educẽs eos de carcere ait. Quid me dñi oportet facere vt salu⁹ fiam? Ad quẽ illi Crede in dñm ieſum. ⁊ saluus eris tu. et domus tua tota. Et locuti sunt ei verbuz dñi. ⁊ oĩbus qui erãt in domo ei⁹. ⁊ tollẽs eos in illa hora lauit plagas eo⁹. ⁊ baptizatus ẽ. ⁊ sic lauit ⁊ lotus est.

Quomodo a magistratibus sunt dimissi. C.LXXXIX.

Cumq⁹ perduxisset eos in domũ suã. apposuit eis mẽsam ⁊ letatus ẽ cũ omni domo sua credẽs in deũ. Et cũ dies fact⁹ esset miserũt magistrat⁹ nuncios ad custodes carceris dicẽtes. Dimitte hoĩes illos tãq̃ despectos. Dimitebãt aũt illos ne plures crederẽt. q⁹ iam innotuerat eis miraculũ. Et nũciauit custos carceris verba hec paulo. Miserũt magistratus vt dimittamini. Nũc igit exeũtes ite ĩ pace. Ad quẽ paulus. Miserũt nos in carcerez flagellatos publice. licet indẽnatos hoĩes romanos. id ẽ romano imperio subiectionẽ cẽficapite pfessos. ⁊ libertate romana donatos. et nũc occulte nos eiciũt. Nõ sic. sed veniãt ipi ⁊ nos eiciant. Et cũ renũciatum esset hoc magistratibus. timuerunt audito q⁹ romani essent. Et veniẽtes eduxerũt eos ⁊ rogabant vt egrederentur de vrbe. Et exeuntes transierunt per liddam. et visis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

fratribus consolati sunt eos. et inde profecti venerũt thessalonicã. vbi erat synagoga iudeoꝝ. ¶Paulus aũt vt cõsueuerat introiuit synagogã. et p tria sabbata disseruit eis de scripturis. pdicãs xpm mortuũ et resurrexisse. Et crediderũt aliqui ex eis. et adiũcti sunt paulo et sile et mulieres non pauce. et de pselitis et gentib multitudo magna. zelantes aũt iudei et assumentes quosdã malos de vulgo. cõcitauerũt ciuitatẽ aduersus eos. ¶Ꝺ inuidia iudeoꝝ iason accusatus est. C.XC.

ET venientes in domũ iasonis apud quẽ hospitati fuerãt. quærebãt eos pducere in populũ. et nõ inuẽtis eis putãtes eos a iasone fuisse occultatos. traxerũt iasonẽ et quosdã fratres ad principes ciuitatis dicẽtes Isti sunt qui vrbẽ cõcitãt quos suscepit iason. et ipi suscipiẽtes eos faciũt cõtra decreta cesaris. regẽ alterũ dicẽtes esse ꝯ cesarem. et cõcitauerũt principes aduersus eos. Et accepta satisfactione a iasone et ceteris dimiserũt eos. vt sicut in eos publica fuit manuũ iniectio. ita et publica fiat eiectio. Forte iason et alij fratres negauerũt se suscepisse eos. et ita si cõfessi sunt satisfecerũt. et p nocte dimiserũt paulum et sileam in beroen. Et introierũt in synagogam iudeoꝝ. et pdicauerũt ibi. et multi de beroensibus crediderunt et mulieres honeste non pauce.

Quid paul athenis fecerit. C.XCI.

ET audierunt iudei qui erãt thessalonice. q a paulo pdicaret verbũ dei in beroe. et venerũt illuc cõcitantes multitudinez. Et statim dimiserunt paulũ fratres vt iret vsq ad mare. quia magis psequebant eũ iudei. eo q esset dux verbi. Sileas aũt et timotheus remanserunt ibi. Qui aũt deducebant paulũ pduxerunt eum vsq athenas. et videns ciuitatẽ idolatrie deditã. cito remisit ad timotheum et sileam vt venirent ad eũ. et venerũt. Et disputabãt cũ paulo epicurei. qui ponebant felicitatem hominis in sola corpis voluptate. stoici in sola virtute animi. Et inter se dissentientes in impugnatione apostoli vnanimiter cõsentiebãt dicẽtes. Quid vult seminiuerbius iste dicere? Alere pauli seminatoꝝ verboꝝ. erat sed messor mortũ. de huiusmodi messione expectãs vberẽ fructum. Alij aũt dicebãt. ¶Nouorũ demoniorum videt annũciator esse. Et apprehensum duxerũt ad ariopagũ. id est ad vicũ martis. in quo sc̃z erat templũ martis. q athenienses singulos vicos denominauerant a dijs quos colebant. vt vicũ in quo colebat mars. vocabant ariopagũ. quia arioth dicit mars. Vicum in quo colebãt pan. vocabant panopagus. et ita a singulis dijs singulos vicos denominabant. Erat aũt vicus excellentioꝝ ariopagus. q ibi erat curia magistratus. et scole liberalium artium.

De ara ignoti dei. C.XCII.

ET cuz esset paulus in pñtia philosophoꝝ docebant. ¶Noua quedã infers auribꝰ nris. ¶Possumꝰ scire q̃ est hec noua doctrina. q. d. posses rationẽ reddere sup his q̃ dicis. Stans ꝯ paulus in medio ariopagi ait. Viri athenienses p omnia iudico vos superstitiosos. ¶Preteriẽs enim vidi simulacra vestra. Inter cetera aũt inueni arã. cui? supscriptio erat hec. ignoto deo vel ignoti dei. Acsi dicat. Hec ara dedicata est ignoto deo. Singulis em̃ aris supponebat titulus. indicans cui essent dedicate. ¶Hũc inquit deuz ignotũ cui hanc arã cõsecrastis ego annuncio vobis. ¶Hic est deꝰ qui fecit mundũ et omnia q̃ in eo sũt. in quo viuim? mouemur et sum?. Quõ aũt hec ara illi deo ignoto cõsecrata ẽ. hystoria actuũ apostolorũ nõ psequit. ideo nostrũ est hoc supplere. sc̃z dicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Qđ philosophi athenienses dixerunt deū nature pati. C.XCIII.

Dixit autē dominus passiōis philosophi, qui athenis erant videtes tenebras factas super vniuersam superficiē terre. non potuerunt causam inuenire in naturalibus causis. Tandē ad hoc inducti sunt. vt dicerēt qđ deus nature patiebat. Et dixerūt athenienses. Cōstituamus aram illi deo. & dedicata est ara. & suppositus est titul⁹ deo ignoto. Et cū vellēt offerre holocausta & victimas illi deo ignoto. dixerūt philosophi. Bonor nēor non eget. sed facietis genuflexiones ante aram ei⁹ & supplicabitis ei qđ nō querit oblationez peccorū. sed deuotionē animor. Hūc deū ignotū annūciabat eis paulus. asserēs eū mortuū fuisse. resurrexisse. & ascēdisse in celū. i fine orbē iudicaturū. Et cū pdicaret resurrectionē mortuor. quidā irridebant. Quidā aūt nec respuebāt nec recipiebant dicentes. Audiemus te de hoc iterū. Exiuit paul⁹ de medio eor. & quidā adhērētes ei credidērūt. Inter quos fuit dionisius ariopagita. que postea ordinauit apostolos episcopū ciuitatis. Cui⁹ cōuersionis modū quia prermittit historia actuū apostolor. nostrum est supplere.

De dionisio ariopagita. C.XCIIII.

Iste dionisius magister erat in ariopago. & quāuis ad exhortationē pauli de facili crediderit. tamē nō nisi post longam disceptationē pauli cōfessus est se credere. Sed post multaz disceptationē. dū adhuc cū paulo disceptaret. forte transiit cecus p viam coram eis Et statim ait dionisius paulo. Si dixeris huic ceco in nomine dei tui vide. & videbit. ego statim credā. Sz ne vtaris verbis magicis. quia forte nosti verba q̄ habeant huiusmodi efficaciā. ego pscribā tibi formū verbor. hac inquit forma verborum dices ei. In nomine ihesu xp̄i nati de virgine crucifixi. mortui. qui resurrexit. & ascēdit in celū. vide. Et vt oīs tolleret suspicio pcepit paulus dionisio. vt ipe eadem verba pferret. Et in ea forma verborū dixit dionisius ceco. vt videret. & statim vidit. & dionisi⁹ cōfessus ē se credere. Et cū pdicaret paul⁹ athenis. et multos cōuertisset. venit corinthuz. & ibi inuenit quendā iudeū nomine aquilā cum vxore ei⁹ priscilla. quos sepe cōmemorat apostolus. vbi salutat amicos suos. Isti nupper venerūt de italia. iudeis oīb⁹ ex edicto claudij imperatoris de regno ei⁹ exire compulsis. eo qđ vxorē ei⁹ agrippina p̄ nimia familiaritate quā habebat cū eis adeo traxerant ad ritus suos. vt iam iudaizaret. Et hospitatus ē paulus apud aquilam & priscillā. eo qđ eandē artē exercerent. quā & ipe cōsueuerat exercere. de ꝓprio labore manuū sibi victū acquirens. sz artē scenofactoriā. Faciebant em̄ tētoria siue papiliones q̄ necessaria erant indigenis terre. ꝓpter immoderatū calorē. vel cōmeantibus. Vt dicatur ars scenofactoria. a scenos qđ interp̄tat vmbra. vel scōm alios a scenos qđ interp̄tat finis. Erāt enim funicularij. Et cum venissent sileas & thimothe⁹ de macedonia vbi dimiserat eos pdicabat paulus instanter verbū euāgelij coadiuuantibus illis. Et vilipendentib⁹ iudeis pdicationē. iuxta qđ pcepat dñs excussit pulueren de pedibo in testimonium dicēs illis. Vund⁹ sū a sanguine vestro quia quantū in me fuit. volui vos reuocare ab impietate vestra. Sed quia pertinaces estis trāseo ad gētes. Et migrās inde trāsiit ad domū cuiusdā gētilis noīe titi. cui⁹ dom⁹ erat cōiūcta sinagoge Hec est intelligēdū hoc de tito. cui aplūs epistolas scripsit qui ei⁹ fuit discipul⁹. quē etiā circūcidit. m. alias cretēsem ep̄m ordinauit. Et cōuersus est crisp⁹ archisinagog⁹ cū vniuersa familia sua. ille sz de quo aplūs ait scribens ad corinthios. Gratias ago deo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

meo. quia neminem ex vobis baptizaui nisi crispũ ⁊ gaium. Et multi corinthioꝝ audientes cõuersionẽ eius crediderũt et baptizati sunt. Et apparuit dñs paulo p visionẽ dicẽs. Noli timere sed loquere ⁊ ne taceas. quia ego tecũ sum. ⁊ nemo apponet manũ vt noceat tibi. ⁊ fuit ibi p annum ⁊ sex menses. Qñ iudei conciauerũt gallionẽ in paulũ. C. XCV.

INsurrexerunt ergo vnanimiter iudei in paulũ. ⁊ traxerũt eũ ad pſentiam gallionis qui erat ꝓcuratoꝝ achaie regionis. in qua erat corinthꝰ. Et accusauerũt eũ q̃ cõtra legẽ ꝑdicaret. ⁊ locutus est gallio ad eos. Si argueretis hominẽ istũ de aliquo sceleue manifesto. sup eũ iudicarem. Sed q̃ disceptatio ẽ de lege vestra. nõ curo iudicare. Et videntes gentiles q̃ nõ faueret ꝓcuratoꝝ pri iudeorum. coã eo apprehenderũt sosthenen principem sinagoge. ⁊ ꝑcutiebant eũ. ⁊ nihil horꝝ erat cure ꝓcuratori. Paulus autẽ cũ adhuc sustinuisset dies multos. ⁊ esset in cencris. qui est portus corinthi ascendit nauem vt nauigio veniret in siriã. totondit comam quã nutrierat. q̃ fuerat nazareus ex voto. Nazarei enim ad tẽpus ex voto comã nutriebant. ⁊ cõpleto tpe voti radebant. ⁊ in ignẽ sacrificij ponebant. Quidã codices habent totonderũt. Vel quidã hoc referũt ad aquilã ⁊ priscillam. Sed augustinus ⁊ hieronimus ad paulum hoc referunt. Qñ paul⁹ disputabat ephesi cõtra iudeos. C. XCVI.

ATvenit paulus in siriam ducens secũ aquilam ⁊ priscillam. Et cũ venissent ephesum. ingressus sinagogam disputauit cũ iudeis Et rogantibus illis vt cũ eis ampli⁹ maneret nõ consensit. Sed valefaciens fratribus ꝓfectus est ab ephesо. dimittens eis aquilã ⁊ priscillam. ⁊ ipe pambulauit galaciam ⁊ frigiam confirmando fratres. Et cum essent ephesi aquila ⁊ priscilla. venit ephesum quidã iudeus nomine apollo alexandrinus genere. vir facund⁹ ⁊ potens in scripturis. Iste baptizat⁹ erat baptismo iohannis. ⁊ iam credebat christũ esse messiam in lege. pmissum. ⁊ recte sentiebat de patre ⁊ filio. sed nihil adhuc audierat de spiritu sancto. Et cũ videret eũ aquila ⁊ priscilla fiducialiter ꝑdicantem. assumpserũt eũ. ⁊ diligentius exposuerũt ei vnũ deũ. Vtrum aũt baptizauerint eũ baptismo christi. nõ legit. Cũ aũt vellet venire corinthũ. aquila ⁊ priscilla ⁊ ceteri fideles qui erãt ephesi. scripserũt fidelibus qui erant corinthi. vt susciperent eũ. nec abhorrerent eũ tanq̃ iudeum. Et cũ venisset corinthum. multũ cõtulit fratribus qui erãt corinthi. Vehemẽter enim iudeos conuincebat. vnde multum cõfirmati sunt fratres.

Qñ baptizati sunt qui baptisma iohannis acceperant. C. XCVII.

AFactũ est autem cum apollo esset corinthi vt paulus pagratis supioribꝰ partibus veniret ephesum. ⁊ inueniret quosdã discipulos a iohãne baptizatos. nondũ tñ confirmatos. q̃ post baptismũ nõ accepant manuum impositionẽ. ⁊ interrogauit eos. Accepistis ne spiritũ sanctũ credẽtes. i. manuũ impositionẽ qua dat spiritꝰ sanct⁹? Ad quem illi. Sed nec de spiritu sancto mentionẽ audiuimus. Ad quos ille. Nõ sufficit baptism⁹ iohannis. Et statim baptizati sunt ĩ nomine dñi iesu christi. Et cũ imposuisset eis manꝰ post baptismuꝫ acceperunt spiritũ sanctũ. ⁊ loquebant᷑ varijs linguis. Et quidã eoꝝ ꝓphetabant ꝓdicentes futura. Erant autẽ omnes fere xp̃i. forte. xi. vel. xp̃i. erant. ⁊ est appositum fere ad tempamentum. Et predicauit ibi apostolus cũ fiducia p tres mẽses. disputans ⁊ suadens de regno dei. Et que pri⁹ ꝓhibitus fuerat a spiritu sancto ꝑdicare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

in asia minori. nūc eodem spiritu sancto inspirāte pdicabat eplesi. Ex quo patet q3 ammiranda sunt iudicia dei. Cū autē pdicaret eplesi. quidam obstinati ⁊ incredulitate pinaces. maledicebāt doctrine eius coram multitudine. Discedēs autē ab eis segregauit secū discipulos. disputans in scola cuiusdā tyranni id est nobilis. vel forte nomē ppriū est illius. a quo conduxerat domū. in qua docebat discipulos suos. ranq3 regens scolas. ⁊ hoc fecit p biennīū. Et in eodē biennio scripsit epistolā primam ad corinthios. Et faciebat de⁹ magnas ⁊ multas virtutes p manus eius. ita vt sanarent languidi quib⁹ supponebant semicincia. vestes tantum ab vno latere pendētes. vel quedā zone. vel quedā capitis ornamēta. vel quoddā genus sudarij quo hebrei vtunt. quo laborantiū sudor abstergitur.

De potestate nois iesu. C.XCVIII.

Videtes autem quidā exorciste q̄ ad inuocationē nominis iesu paul⁹ eijceret demones cogitauerūt vti eadem forma verboꝝ ad eiectionē demonis. q̄ licet p exorcismos salomonis demones eicerēt. nō tñ absq3 laboze multo. sed quibusdā herbis ⁊ gemmis adhibitis. vt tradit iosephus. Vt ꝑ facilius eijcerēt demones. adiurabāt eos in hūc modū. Adiuro vos p iesum quem paulus pdicat. ⁊ sic exibant demones ab obsessis. Erant aūt septē filij sceue principis sacerdotū. qui pcipue adiurabant demones in hunc modū. Et dū quadā die adiurarent demonē vt exiret de corpe obsesso. respōdit eis demon. Iesum noui. ⁊ paulū noui. sed vos qui estis? Et insiliēs ī eos. verberauit eos egregie. Et increpuit fama p vniuersam regionē. ⁊ incussus est timor omnibus exorcistis ⁊ magis. vt nō auderent amplius in hūc modum demones adiurare. Et congregati sunt oēs magi qui p artem magicam impabāt demonibus. ⁊ combusserūt libros suos ante pedes pauli. Postea paul⁹ ꝓposuit ire hierosolimā. ⁊ inde romā. Premisit aūt thimotheū ⁊ erastū in macedoniā. ad preparandas collectas quas erat delaturus in hierusalē. ad vsus paupum qui erant in hierusalē. Ipe aūt ad tēpus remansit in asia minori. De tumultu excitato p demetrium. C.XCIX.

Et facta ē in tempore illo turbatio magna ī eplexo. Demetrius enim argētari⁹ qui faciebat edes ⁊ imagines argēteas diane conuocauit opis eiusdē opifices. ⁊ locutus ē eis in hūc modū. Scitis quia de huiusmodi artificio multū nobis lucruz cōparamus. Paulus aūt pdicat nō esse deos manufactos. Dig3 inualuerit doctrina doctrina eius nihil amplius lucrabimur. ⁊ etiā templū magne diane p nihilo reputabit. ⁊ maiestas eius destruet quā veneratur vniuersus orbis. Et statim ita repleti clamauerūt vnanimiter discurrentes p ciuitatez. Magna diana ephesioꝝ. Et rapto gaio et aristarcho socijs pauli. cōtraxerunt eos in theatrū. spectaculū sc3 in quo rei puniebant. Et cū paulus hoc audito vellet venire in theatrū. nō sinebant se mori obijcere. dissuasum est ei a quibusdam amicis suis. ꝓter cōuentum populi. Postq3 aūt cessauit tumult⁹. vocatis paulus discipulis exhortat⁹ ē eos. ⁊ valefaciēs eis. pfectus est in macedoniā. ⁊ inde athenas. Ubi cum fuisset trib⁹ mēsibus. posite sunt ei insidie a iudeis in syriam nauigaturo. scientibus q̄ deferret collectas. Olim cum esset vacuus viator. non ꝓposuerunt illi insidias. Habuit igitur consilium vt reuerteretur in macedoniam. vt ita vitaret insidias. Quidam enim de socijs eius. pfecti sunt recta via. Et p̄cedētes nos dicit lucas fustinuerūt nos troade p circūitū veniētes. Nos vero nauigauimus post dies azimoꝝ in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

philippis.que est prima ciuitas macedonie.& in quinq; diebꝫ venimus troadem vbi demorati sumus septẽ diebus. Una aũt sabbati cum pendinaremur.disputabat paulus cũ eis in crastino ꝓfecturus. & ptraxit sermonẽ in mediã noctẽ.& erant lampades copiose in cenaculo vbi cõgregati eramus.

De mortuo resuscitato a paulo. C.C.

Et cum sederet quidã adolescens sup fenestraꝫ & grauaref somno.cecidit de tercio cenaculo deorsum.& sublatus de terra oblat? est paulo mortu?.& dicebaf euticus. Ad quẽ cũ descẽdisset paulus incubuit super eum.& cõplexus eum ait. Nolite turbari Anima enim ipius in eo est adhuc. Hoc aũt ait.vt tolleret desperationem ab eis. Simili verbo vsus est dñs dicẽs.Puella nõ est mortua.sed dormit. Et suscitat? est adolescens.& gustauit cibũ.& cõforta? est.Sic inter verba ꝑdicationis occurrit occasio curationis.vt ostẽsione miraculi cõfirmaref doctrina pauli.vt acrius infigeref eoꝝ mentib? memoria magistri abeis discessuri. Nos aũt ascẽdẽtes dicit lucas nauigauimus in asson.vt ibi expectaremus paulũ.sic enim dispoſuerat p terram interim iter facturus. Et cũ rediisset ad nos.assumpto eo venimus mileti. Proposuerat enim paul? in transitu nauigare ephesum.moꝛã nõ facturus. Festinauit enim si possibile essꝫt.vt in die pentheoſtes esset hierosolimis. A mileto tñ nõ nauigauit.sed misit ephesum.& vocauit maiores ecclesie. Et vocati venerunt miletũ.& exhortatus est eos dicẽs se ascẽdere hierosolimã. Ecce inquit alligatus sum.id est spiritu sancto ad id me coartãte vado in hierusalez.q̃ ventura ibi mihi sunt ignorans.licet spũs sanctus mihi p alios ꝓtestef.qꝫ vincula & tribulationes me ibi manẽt. Alijs esti revelauerat spiritus sanctus de ipo qõ nõ ipi. Sed nihil inquit horꝫ vereor.nec facio animã meaꝫ. id est vitã ꝓcalẽ ꝓciosiorẽ q̃ me.i.q̃ aiaꝫ meã. dũmodo cõsummẽ cursum meũ.et ministeriũ q̃ accepi a dño iesu testificari euangeliũ gratie dei. Et nunc ecce scio qꝫ amplius nõ videbitis faciẽ meam. Et post multã exhortationẽ positis genibus vna cũ omnibꝫ illis orauit. Et ꝓcumbentes sup collũ pauli flẽtes osculabanf eũ. dolentes maxime de eo q̃ dixerat.q̃ faciem ei? nõ erãt amplius visuri.& deduxerũt eũ vsq; ad nauẽ. Et abstracti ab eis transeũtes multas vrbes & regiones venimus tirũ.vbi mansimus.vij.diebꝫ.inuentis ibi discipulis quibusdã.p spiritũ ꝓheticũ paulo ꝑdicentibꝫ.q̃ illi euentura erãt in hierusalẽ.& dissuadentibus ne ascẽderet. Postea ꝓfecti sum? deducentibus nos omnibꝫ cũ vxoribꝫ & filijs vsq; foras vsq; ciuitatẽ. Et valefacientes eis ascẽdimus nauẽ. Illi aũt redierũt in sua Nos aũt ascẽdimus ptholomaidẽ.& salutatis fratrib? mansim? cũ eis vna die.

De hoc q̃ agab? paulo ꝑdixit. C.C.I.

Altera autẽ die venimus cesareaz.& introiuim? domũ philippi diaconi. Huic erãt q̃tuor filie virgines ꝓphetisse ꝑdicentes paulo q̃ erat ei eventurũ in hierusalẽ. Et cum moraref ibi p aliquot dies.supuenit propheta de iudea nomine agabus. Qui cũ venisset ad nos tulit zonã pauli.& ligans sibi manus & pedes ait. Hec dicit spiritꝰ sanctus.Virũ cuius ẽ hec zona sic alligabũt in hierusalẽ iudei.& tradẽt in manus gentiũ. Hec audiẽtes rogabamus nos & qui erãt loci illi?.vt nõ ascẽderet in hierusalẽ. Et respõdit. Quid fletis affligẽtes cor meũ? Ego non solũ alligari sed etiam mori in hierusalez paratus sum ꝓpter nomen dñi iesu christi. Et cũ nõ possem? ei dissuadere quieuimus dicẽtes. Domini fiat volũtas. Postea ꝑparati ascẽdimus hierusalem.& nonnulli de discipulis qui

erant in cesarea nobiscum adducētes ia/
sonem hospitem nostrū. Et cū venissem⁹
hierusalē libenter excepunt nos fratres.
Sequēti aūt die introiuit paul⁹ nobiscū
ad iacobū qui erat ēpus hierosolimorū.
de quo dicit beda sup̄ hūc locū. q. xxx. an/
nis rexit ecclesiam hierosolimor⁹. scz vsq;
ad. vij. annū neronis. qui scōm iosephū
excerebratus est prica fullonis. Beda di/
cit q; p̄cipitatus est de tēplo. Alibi legit
lapidatus. Et potuit esse. q; postq̄ p̄cipi
tauerūt eū. lapidauerūt eū quasi vile ca/
dauer. Sed cum beda dicat mortuū iaco
bū septimo anno neronis. palam est. nō
esse auctenticū q̄ legit in epistola clemen
tis. qui iuxta tenorē illius epistole dicit
sibi esse mandatū a petro. cui successit in
apostolatū. vt post eī⁹ mortē iacobo epi/
scopo ep̄las destinaret. vt ab eo instrue/
retur. Sed cum iacobus episcopus mor
tuus sit septimo anno neronis. & petr⁹ vi
xerit vsq; ad. xiij. cōstat hoc nihil esse.

De hoc q̄ obtulit de cōsilio scōm le/
gem. C. CII.

Cum aūt intras
set paulus ad iacobum. collecti
sunt seniores. Quibus salutatis narra/
bat p̄ singula q̄ & quanta fecerat de⁹ i gē/
tibus p̄ eius ministeriū. Qui cum audis
sent magnificabant deū. & dixerūt paulo.
Vides frater quot milia sūt i iudeis qui
crediderūt. Omnes tñ adhuc sunt emu/
latores legis. volētes pariter cū fide susce
pta obseruare legalia. & audierūt de te q̄
p̄dices abolitiones legis. et eis odibilis
fact⁹ es quasi destructor legis moisi. Cō/
uenict q̄ multitudo audiēs te sup̄uenisse.
Unde cōsulimus tibi vt sacrifices scōm
legē. cū. iiij. qui habent votū sup̄ se. vt sic
appareat falsa opinio. que increpuit de te
Et statuerūt de eī⁹ consensu. vt iudeis ad
fidē conuersis nō. p̄hiberet obseruatio le/
galiū. dum tarat ne ponerent spem i eis.
Et distingue q̄tuor sinodos in primiti/

ua ecclesia hierosolimis celebratas. Pri
mam de substitutione matbie loco iude.
Secūdam de electione. vij. diaconorū.
Terciaz a legalibꝫ qua statutū est cōuer/
sis ad fidem et gentibus. nō esse imponē/
dū onus legaliū. quando ascēderūt pau/
lus & barnabas de antiochia in hieusa/
lem. Quartā de qua hic agit. qua statu/
tū est nō. p̄hiberi iudeos a legalibꝫ obser/
uantijs. dūmodo nō ponerēt spem i eis.

Qō ligatus est paulus a p̄side ad da
morem iudeorum. C. CIII.

Postera die puri
ficatus paulus cū quattuor vi/
ris intrauit templū cū eis. & obtulit obla
tionē suam sicut alij. Cōsummatis autē
septē diebus. iudei qui venerūt de asia p̄/
sequētes paulū cū vidissent eū i templo.
quia viderant trophimū ephesium cum
bulantē cū eo p̄ ciuitatē. putauerūt q̄ in/
troduxisset eū in templū hominē scz gen/
tilē. & concitauerūt omnē populū contra
eum. & iniecerūt manus in eū dicentes.
viri israelite adiuuate. Hic enim est ho/
mo. qui cōtra populū & legem & locū istū
p̄dicat vbiq; terraz. & insup̄ gentiles in/
duxit in templū. & cōtaminauerunt locū
sanctū. Cōmota est q̄ vniuersa ciuitas et
facta ē dissensio populi. Et apprehenden/
tes paulū traxerūt extra templū. & quere/
tibus eū occidere nūciatū est tribuno co/
hortis scz claudio lisie. qui missus fuerat
a felice p̄side. Et cū assumptis militibꝫ &
centurionib⁹ occurrisset. Uidentes eum
desierunt pcutere paulū. Et apprehendit
paulū. & iussit eū ligari catenis duab⁹.
donec de causa eī⁹ cognouisset. Et cū non
posset audire p̄ tumultu. iussit eū duci in
castra scz in turrim regiaz. Et cū venisset
ad gradū. forte ad gradum templi vel ad
gradū dom⁹ ꝓpie. portabat paulus a mi
litibus. ꝓpter impetū populi. sequebatur
enim omnis populus clamās. Tolle eū
ad mortē scz. Et cū induceret paulus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

castra.ait tribuno. Licet mihi loqui aliquid ad te? Ad quẽ tribunus. Nosti grecam linguã. Ait. Noui. Locutus ẽ enim tribunus grece.ne iudei intelligerẽt. Nũ quid tu es egiptius ille qui ante hos dies tumultũ cõcitauit.ꝛ eduxit in desertũ quattuor milia virorꝫ siccariorꝫ. Josephꝰ dicit qꝫ cũ pluribus milibus.ꝛ potuit primo venire cum paucioribus postea habere plura. De egiptio qui populum seduxerat.C.CIIII.

Egiptius iste per artem magicam sibi compauerat nomen ꝓphete.ꝛ cõgregatis triginta milibꝰ iudeorꝫ eduxit eos ꝑ desertũ vsqꝫ ad montẽ olineti.volens irruere in hierusalẽ vt eã caperet. Sed occurrẽs ei felix ꝑses cũ multis milibꝰ armatorꝫ fugauit eũ cum paucis.ꝛ alios occidit. Respõdens paulus tribuno ait. Homo sum iudeus nõ egiptius.a tharso cilicie nõ ignote ciuitatis municeps. Nõ est natus tamẽ in tharso.sed in opido galilee noie giscallo. Quo capto a romanis trãslatus est tharsum cũ parẽtibus.ꝛ ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensem.licet in giscallo fuerit natus.sic xps nazareus dr. licet in betheleem sit natus. Nõ est educatus in tharso.sed in municipijs adiacentibus ciuitati.vñ nõ vocat se ciuẽ sed municipẽ a municipio.ꝛ territorio ciuitatis in quo nutritus est. Dicunt aũt municipia vicina rura ciuitatis.que munera debita vel tributa soluũt ciuitati.

Nõ cognitus a populo ꝓmissus est loqui ꝓsidi.C.CV.

Insequẽtibus autẽ magis declarat quare se dixerit paul? ciuem romanũ.ꝛ est summa.qꝫ pater su? ꝑ obsequioꝫ diligentiam sibi compauerat gtam romanoꝝ.ꝛ donatus est a deis romana libertate.vt putaret ciuis romanꝰ ipe ꝛ hæredes sui.ꝛ sic iure hæreditario habebat paulus consortiũ romane ciuilitatis. Rogo gẽ te ꝓmitte me loqui ad populũ. Et ꝓmissus cepit loqui hebraice. Nõ audientes magis ꝓstiterũt ei silẽtiũ. Cui fratres ego sum hebre? natus in tharso cilicie.nutritus in hac ciuitate sec? pedes gamalielis.ꝛ ab eo eruditus.ꝛ fui emulator legis sic ꝛ vos.ꝛ ꝑsecutus sum christianos. Cui? rei testis ẽ mihi princeps sacerdotũ.a quo accepi lras in damascũ. vt si quos ibi inuenirẽ christianos. vinctos ꝓducerẽ in hierusalẽ. Postea ꝑsecutus est quõ ꝓcessit eũ dñs cecitate in via. quõ conuersus ꝛ baptizatus ab anania. quõ post multũ circũitum de damasco rediit in hierusalẽ. Et dũ oraret in templo factus est in extasi.ꝛ vidit ꝛ audiuit xpm dicẽtẽ sibi. Festina ꝛ exi velociter de hierusalẽ.qꝫ nõ recipient testimoniũ tuũ de me. Ad quẽ ipe respõdit. Dñe ipi sciunt qꝫ ꝑsequebar sectatores tuos christianos. ꝛ interfui lapidationi stephani custodiens vestimẽta lapidãtiũ.q.d. Debet eis sufficere hoc exemplũ conuersionis mee. Et dñs ad eũ. Vade quoniã ad nationes mittã te longe.q.d. Nec ꝓpter hoc credẽt tibi iudei.ideo mittã te ad gẽtes q̃ tam longe animo a iudeis sunt longe.

Nõ paulus ciuem romanum se fecit Capitulum.CVI.

Quinqꝫ vsqꝫ ad hoc verbũ in silẽtio audissent eũ iudei.audito qꝫ destinatus esset gentib?. vnanimiter vociferati sunt.ꝓiciẽtes vestimenta sua.ꝛ puluerẽ iactantes in aera ꝑ magnitudine tristicie.q̃si furorẽ exprimẽtes.dicẽtes tribuno. Tolle de terra hominẽ huiusmodi. Nõ est eñ fas eũ audire. Et iussit eũ tribunus induci in castra in turrim scz illã q̃ dicebat̃ antonia.ꝛ agripina.ꝛ cedi flagellis ꝛ torqueri. vt ita nõ occideret eũ tormẽtis ei? fatiari. Et cum astrinxissent eũ loris.dixit paulus astãte centurione. Licet vobis flagellare hominẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

iustum indemnatum. id est de nullo reatu ordine iudiciario cōuictū. Quo audito accessit centurio ad tribunum dicens. Quid facturus es? Hic homo ciuis romanus est. Et accedēs tribunus ad paulū. quesiuit ab eo an roman? esset. Et confessus est. Et ait tribun?. Ego multa sūma pecunie hanc ciuilitatē emi. Ego inquit paul? ĩ ea natus sum. q? pater su? vt p̄paratū est antecēß gigneret eū. cōparata sibi gra romanoz. ciuilitate romanoz donatus ē ab eis in se ⁊ in hæredibꝫ suis. Et statim discesserūt qui erāt eū torturi. q? timuit tribunus audito q̄ esset ciuis romanus. De scismate orto inter iudeos ex industria pauli. C. CVII.

POstera autē die volens scire diligēti? causam accusationis pauli soluit eū ⁊ iussit cōuenire sacerdotes. ⁊ esse conciliū. Et p̄ducens paulū statuit eū inter eos. ⁊ cepit paul? palam loqui cōcilio. Viri fratres inquit ego omni cōscientia bona cōuersatus sum apud deū vsq; in hodiernū diem. Et statim princeps sacerdotū ananias p̄cepit astantibꝫ. vt penterēt os ei? q̄si impudēter gloriantis. Ad quē paulus. Percutiet te deus paries dealbate. q. d. Vindicabit in te de? o ypocrita. qui cū sedeas sup̄ cathedrā moysi. quasi scōm legē videris iudicare. ⁊ iudicas cōtra legē. q? cū me reputes blasphemū. nō me iudicas legis ordine. q̄ p̄cipit blasphemū ⁊ extra castra eductū ab omni populo lapidari Vel forte. p̄texanit paul? de abolitione sacerdotij iudeoz. dicēs. Percutiet te de?. q. d. destruet te de? ⁊ sacerdotū tuū. sacerdotaū scz iudeoz. Tūc qui astabāt dixerunt. Summū sacerdotem maledicis? Tunc paulus ait. Nesciebā fratres principem esse sacerdotū. reuera si hoc scirē. re? esset. Scriptū ē enim. Principem populi tui nō maledices. Vel q̄si mistice ait se nescire. i. sacerdotiū iudeoz reprobatum esse. Sed licet nouerit hunc nō esse vere principē sacerdotū. tñ tempare rūdit. instruens alios vt modestius se haberēt erga p̄latos suos. Tūc timēs paulus impetum iudeoz. excogitauit quō moueret scisma inter eos. Et cū p̄sentes essent pharisei ⁊ saducei. coram oībus. p̄fessus ē se esse de secta phariseoz. vt ita conciliaret sibi aias eoz. ⁊ eoz bñficio euaderet man? alioz. Et cū p̄fessus esset. facta ē dissensio magna inter phariseos ⁊ saduceos.

Qđ dñs cōfortauit paulū. C. CVIII

ET exurgentes quidā phariseorū. pugnabāt p̄ paulo cōtra saduceos dicētes. Nihil mali inuenim? in homine isto Quid si spūs locutus est ei vel angelus? Hoc aūt cōtra saduceos dicebāt. negantes angelū esse vel spiritū vel aiam. Et cū facta esset tanta dissensio. timēs tribun? ne discerpet̄ paulus a saduceis scz volentibus eū rapere. iussit milites descēdere et rapere eū de medio eoz. ac ducere ī castra. ⁊ sic factū est. Sequenti aūt nocte apparuit dñs paulo dicēs. Cōstans esto. sicut enim testificatus es de me in hierusalez. sic oportet te ⁊ rome testificari.

Quomodo coniuratū est in mortem pauli. C. CIX.

FActo autem die collegerunt se quidā ex iudeis. ⁊ deuouerūt se maledictioni. si comederēt vel biberēt donec occiderēt paulū. p quo ī greco habet̄ anathemati zauerūt. Et erāt plus q̄ß. xl. viri qui hāc cōiurationem fecerant. ⁊ accesserūt ad principes sacerdotū ⁊ seniores dicentes. Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos. donec occidamus paulū. Persuadere q̄ß tribuno vt ad huc p̄ducat eū in medū ad vos. tanq̄ß aliquid sitis certi? cognituri de eo. Nos vo parati erim? interficere eū. Forte hoc audiens nepos pauli fili? sororis ei?. intra/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

uit in castra.⁊ nũciauit hoc paulo. Et ad/
uocans paulus unũ de centurionib⁹ ait.
Adolescentẽ hũc ꝓducad tribunũ. habet
eñ aliquid indicare ei. Et cũ uenisset ado
lescẽs ad tribunũ. exposuit dolos ⁊ insidi
as iudeorũ cõtra paulũ. Tũc dimittens
adolescentem tribun⁹. ꝑcepit ei ne alicui
hoc reuelaret. Et cõuocatis duob⁹ centu
rionibus ait illis. Parate milites ducẽ/
tos. ut eant usq⁹ cesareã pedestres ⁊ equi
tes. lxx. sc⁹ qui nõ eant pedestres. ⁊ lãcea/
rios ducẽtos a tercia hora noctis. ⁊ para/
te iumẽta. ꝛ. paulo ⁊ comitib⁹ suis. ⁊ per/
ducite eũ sanũ ⁊ incolumem ad felicẽ ꝑsi
dem. Qd ante ꝑsidẽ contra ter/
tulliũ oratorẽ cõtendit. C.CX.

Scripsit quoq⁹ tribun⁹ ꝑsidi epistolã i hũc mo/
dũ. Claudius lisias optimo ꝓsidi felici
salutẽ. Hec seruauit qd in epistolis nũis
seruam⁹. Nõ eñ excellẽtioris ꝑsone ꝑmi
sit nomẽ. imo nomẽ suũ qui erat inferior
ꝑsona ꝑsidẽ. Postea exposuit in epistola
causam accusationis pauli. ⁊ modũ ⁊ or/
dinẽ actionis. Cumq⁹ uenissent cesaream
nũcij cũ paulo. tradita epistola ꝑsidi sta/
tuerũt paulũ ante eũ. ⁊ epistola plecta.
cognito q⁹ esset de cilicia. ait ꝑses. Audiã
te cũ accusatores tui uenerint. ⁊ iussit eum
custodiri in ꝓtorio herodis. Post quinq⁹
aũt dies descendit princeps sacerdotum
ananias cũ senioribus. ⁊ cũ oratore quodã
tertullio qui esset aduocat⁹ eorũ. Et po/
tauit tertullus ante felicẽ. ⁊ i multis ac/
cusauit paulũ. Postea annuẽte ꝑsidẽ re/
spondit paul⁹. ostendẽs q⁹ nihil dignum
morte cõmiserat. ⁊ q⁹ ꝑsequebant eum iu/
dei ꝑ ueritate. sc⁹ q⁹ ꝑdicabat resurrectio/
nẽ. Et audito q⁹ esset cõtrouersia de lege
eorũ. quippendens felix ait. Audiã uos cũ
tribun⁹ lisias descenderit. Et iussit pau/
lũ esse i libera custodia. ut libere posset in/
gredi ⁊ egredi ⁊ deãbulare. ⁊ nõ ꝓhiberet
quisq⁹ de suis ei ministrare. Post ali/
quot aũt dies uenit felix cũ uxore sua dru
silla. ⁊ uocauit paulum. Ista drusilla iu/
dea erat pulcerrima. quã olim concupie/
rat lazirus rex amasonũ. Et cũ uellet eam
ducere. negauit. dicẽs q⁹ nullo modo nu
beret incircũciso. Postea ille circũcidit se
⁊ duxit eam. Qd felix uoluit
pecuniã extorquere a paulo. C.CXI.

Quum aũt missus esset felix a claudio ꝑses iudee.
sollicitabat eã ꝑ iudeos ut nuberet ei. Et
tandẽ inducta ẽ ad hoc exemplo cognate
sue beronice. q⁹ olim dimisso uiro suo. nu
pserat ditiori. sc⁹ agrippe regi filio herო/
dis agrippe. qui habebat terram ultra ior/
danẽ. Dimisso igit⁹ priori uiro sc⁹ lazaro
rege amazonũ. nupsit drusilla felici. Hec
drusilla q⁹ iudea erat libenter audiebat
paulũ de fide q̃ ẽ in iesum xp̃m. Et cũ di/
sputaret paul⁹ de iustitia ⁊ castitate ⁊ iu
dicio futuro. tremefact⁹ ẽ ꝑses audiẽs se
iudicandũ. Et ait paulo. Vade ꝑ hoc ꝓ/
tuno accersiã te. Hoc aũt dicebat. sperãs
se aliquid ab eo accepturũ. Putabat eñ
paulũ habere pecuniã. uñ frequẽtius eum
accersiẽs loquebat cũ eo. Biennio aũt cõ
pleto successit fest⁹ felici missus a nerone
Si aũt intelligat biennio a ꝑsidatu feli/
cis nõ poterit stare. cũ a lõge retro cõstitu
tus esset ꝑses a claudio. Fest⁹ aũt missus
est a nerone qui successit claudio. Si aũt
intelligat biennio ab accusatione pauli.
nec sic poterit stare. Non eñ adhuc flure/
rant duo anni ex quo uenerat in hierusa/
lẽ. Intelligendũ ẽ g̃ biẽnio ab accusatiõe
felicis. ex quo sc⁹ accusat⁹ est a iudeis.

De seditione inter iudeos ⁊ gentiles.
Capitulum. CXII.

Orta est enim dis/sensio inter iudeos ⁊ gẽtiles i ce
sarea de honore ciuilitatis. Judei eñ ꝓ/
ferebant se gẽtilib⁹. q⁹ herodes ascalonita
qui circũcisionẽ accepit fuerat cõditor ci/

uiq̃

nitatis. ⁊ appellauerat eam ceſaream in ho/
norē ceſaris. Gentiles ſe pferebāt iude/
is dicētes. q̄ a gentib⁹ facta eſt primaria
edificatio ciuitatis. q̄ anteq̄ reedificaret
ab herode. dicta ē pirgo ſtratonis. Felix
aūt primo fouit ptē iudeoꝝ. donec exhau
ſit marſupia eoꝝ. ꝓ Poſtea fouit prem gē/
nhū. intantū q̄ militib⁹ gentiliū dedit li
centiā intrādi domos iudeoꝝ. ⁊ diripien/
di bona eoꝝ. Cū accuſatus ē a iudeis ad
neronē. ⁊ biennio ab accuſatione amot⁹ ē
a pſidatu ⁊ ſubſiſturus eſt ei feſtus. Vo/
lens aūt ī fine pſidatus ſui placere iude/
is. reliquit paulū vinctū. Feſtus aūt cū
veniſſet in puinciaꝫ poſt triduū aſcendit
hieroſolimā a ceſarea. ⁊ rogauerunt eum
principes ſacerdotum ⁊ primi iudeoꝝ. vt
iuberet adduci paulū ī hieruſalē. parātes
ei inſidias vt occiderēt eū in via. Feſtus
aūt reſpōdit ſe in ceſareā viatenus deſcē/
ſurum. ⁊ eoꝝ accuſationē ſi paritet deſcē/
derent ibidem auditurum.

De appellatione pauli. C. CXIII.

QOratus autē fe
ſtus in hieruſalē paucis dieb⁹.
deſcēdit in ceſareā ⁊ ſedit ꝓ tribunali. ⁊ ꝓ
ductus ē paulus ī medio. ⁊ accuſatus ē ī
multis ab his qui aſcēderāt de hieruſalē
Et nō poterāt ꝓbare q̄ obiciebāt ei. pau
lo in oīb⁹ rationē reddēte. Feſt⁹ aūt vo
lens placere iudeis ait paulo. Vis aſcen/
dere ī hieruſalem. ⁊ de his iudicari apud
me. Ad quē paulus. Ad tribunal ceſaris
ſto. vbi oportet me iudicari. Erat autē ſe/
des ī ceſarea iuxta quā ſtabat paul⁹. quā
parauerat herodes ceſari vt ī ea ſederet ſi
quādo veniret in ceſareā. vel quos mitte/
ret iudices. Et excuſabat ſe paul⁹ dicēs.
Iudeis nō nocui ſicē noſtis. Si quid di/
gnū morte cōmiſi. volo mori. Si vo ni/
hil cōmiſi. nemo ē qui audeat me tradere
illis. q̄ ceſarē appello. Tūc feſtus cū con
ſilio reſpondens ait. Ad ceſarem appella/
ſti. ad ceſarem ibis.

De hoc q̄ ꝺ agrippa rogabat feſtum.
Capitulum. CXIIII.

ET cum dies ali
quot tranſacti eſſent. deſcendit
agrippa in ceſareā cū vxore ſua beronice.
Joſeph⁹ dicit de beronice. Nō ē intelligē
dū. q̄ fuerit vxor ei⁹ ſed quaſi vxor. Erat
enim ſoror eius. i. cognata ſcōm ideoma
hebreū. ⁊ tenerrime eā diligebat. ⁊ impo
nebat ei q̄ abutebat ea. Deſcēdit aūt rex
agrippa in ceſareā. audito q̄ ibi eſſet feſt⁹
vt accuſaret iudeos apud eū. Iſte nanq̄
agrippa infeſtus erat iudeis. q̄ cū accepiſ
ſet poteſtatē a romano imperatore cōſtitu/
endi ſummū ſacerdotē in hieruſalē. cōſti
tuebat eos ſacerdotes qui nō erāt aaroni
te. Fecerat eñ ī palacio ſuo feneſtrā emi/
nentem. vnde poterat videre quecūq̄ fie
bant in tēplo ſacrificia. Nō moleſte ſuſti
nētes iudei fecerāt oppoſitū murum fene
ſtre eminētioꝝ feneſtra. Venerat q̄ ſpecia
liter agrippa. rogaturus feſtū vt murū il/
lū obrueret. Cauſam tñ deſcēſus agrip/
pe in ceſareā. non habes in hiſtoria actuū
ſed ioſephus ſupplet.

Quomodo porauit paulus cora feſto
⁊ agrippa. C. CXV.

QVnq̄ deſcēdiſ
ſet agrippa. honorifice receptus
ē a feſto. ⁊ cū ꝑ dies plures moraꝫ feciſſet
cū eo. cōſuluit eum quid faceret de paulo
Et expoſita ei accuſatione iudeoꝝ contra
paulū. rñdit agrippa ſe velle videre pau/
lū. Altera die venerūt agrippa ⁊ beronice
cū multa ambitiōe. i. cū multa turba eos
ambiēte. vel cū multa ambitione. i. cum
multiplici apparatu. vel cū multa ambiti
one. i. cū multo deſiderio ambiēdi paulū
Et cū introiſſet auditoriū cū tribunis. et
viris principalib⁹ ciuitatis. iubēte feſto
adductus ē paul⁹. ⁊ dixit feſtus. Agrippa
rex ⁊ vos omnes qui adeſtis ſimul vide/
te hūc ſup quo vniuerſa multitudo iude/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

orum interpellau it me hierosolimis dicẽ tes eũ dignum morte. Ego aũt nihil i eo dignũ morte inuenio. Ideo cũ appellaue rit ad augustũ eũ romã mittere decreui. Sz irrationabile mihi videf mittere ali quẽ vincũ. r causam ei non significare. Ideo cõsulo te sup hoc rex agrippa. qz nõ habeo quid certũ scribã de eo. Tũc agrip pa ad paulũ. Permitto tibi loqui pro te Tũc paulus extẽsa manu more cõtionan tiũ vel ad faciendu silentiũ. cepit de oĩb reddere rationẽ. sup quibo accusabaf a iu deis. Beatũ inquit me reputo rex agrip pa. qz in audientia tua sum respõsurus. cũ peritus sis in lege moisi. r noueris cõ suetudines iudeoz. Propter qd obsecro vt patienter me audias. Et psecutus est modũ cõuersionis sue. r sup quo accusa retur a iudeis. Et post multos sermones paul. rndit festus magna voce. Insanis paule. multe lẽe te faciũt insanire. Nõ in sanio inquit paulus optime feste. sed so brietatis r veritatis verba loquor. Scit enim rex agrippa in cui psentia loquor. Nihil em hoz eũ latere arbitroz. Nec em quicq in angulo facũ est. Credis agrip pa. pphetis Scio quia credis. Ad quem agrippa. In modico suades me fieri chri stianũ. Ad quẽ paul. Opto apud deum nõ tantũ te. sed r omnes qui audiunt ho die fieri tales qlis ego sum. exceptis vin culis meis. Nolo enim vinculatos esse.

Qd paulus missus est romam. Capi tulum. CXVI.

SUrrexit rex r pses r beronice r qui assi debant eis. Et cũ surr rissent loquebanf ad inuicẽ dicentes. Nihil di gnũ morte aut vinculis fecit homo iste. Et ait agrippa ad festũ. Dimitti poterat homo iste. si non appellasset ad cesarẽ. Et decreuit agrippa qz appellauerat mittẽdũ esse ad cesarẽ. Et traditus est paul iulio centurioni cohortis augustẽ militum. scz qui missi fuerãt ab augusto. r pariter mi serũt romã nũcios iudei cõtra agrippam. aduersus quẽ multas habebãt querelas. qz vt supra ptaxauimus. cõstituerat his malxlẽ summũ sacerdotem cũ nõ esset de genere aaron. Et hic ponit ioseph catha logũ sacerdotũ. qui fuerant ab institutio ne sacerdotij vsqz ad terminũ eius sdẽ. sub distinctione triũ tempoz. Ab aaron vsqz ad tempus dauid. r fuerũt singuli. xviij. alias. xij. vn post aliũ in sexcẽtis. xij. an nis. r succedebãt filij patribo. primogeni tus filius aaron scz eleazar successit ei in summũ sacerdotiũ. filius eleazari succes sit ei. r ita imposterũ. Nã de ithamar nõ erant summi sacerdotes sed minores nisi pauci circa tpa dauid. Nã in heli sacerdo tiũ translatũ est ad filios ithamar. Abia thar quoq erat de ithamar quẽ deposuit salomon. r eius loco statuit sadoch de ele azar.

Qd inciderent narrat de sacerdotibus iudeoz. C. CXVII.

QUid autẽ vo lẽs ampliare cultũ dei. videȝ qz nõ sufficeret vn summus sacerdos ad ministrationẽ. qz si infirma ref nõ erat interim qui incẽsum poneret. qd necesse erat singulis diebo offerri. in stituit. xviij. summos sacerdotes quoz se deci de genere eleazar. xvij. d genere itha mar. Vn tñ illoz ex. xviij. summus erat qui dicebaf princeps sacerdotũ. Ammi strabãt aũt p septimanas q iure hereditа rio deuolute sunt ad posteros eorum. Et vnusquisq. xviij. summoz sacerdotũ cũ administrabat secũ habebat. xviij. mino res sacerdotes. r totidẽ leuitas. r totidẽ ianitores. duplicato numero nathinneo rũ. Fuerunt aũt. x. r. viij. principes sacer dotũ. a tempe dauid. vsqz ad trãsmigra tionẽ babilonis. in quadringentis r sexa ginta annis. A transmigratione aũt cessa uit sacerdotiũ. vsqz ad reditũ d capti uita te sub zorobabel r iesu magno sacerdote.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Et inde vſq; ad tpa machabeoꝝ fuit tem
pus ſacerdotij. Cepus aũt machabeorũ
nõ deputaꝫ ſacerdotio. qz idẽ erant duces
⁊ ſacerdotes. ⁊ ſic vſq; ad herodẽ qui fecit
occidi quotquot inuenerat de genere ſa
cerdotũ. ne iterũ ad eos deuoluereturꝫ re
gnũ. Et vendebat ſummũ ſacerdotium.
qñq; vni. quandoq; pluribꝰ ſimul. Et fu
erũt omnino vſq; ad euerſionẽ hieruſalẽ
xx viij. ſacerdotes. A tpe aũt herodis vſq;
ad euerſionẽ hieruſalẽ nõ ponit ioſephꝰ
ſummã annoꝝ. ſed cõſtat fuiſſe centuꝫ. v.
cũ herodes ante natiuitatẽ xp̃i triginta
annis regnauit. ⁊ xp̃s triginta tribus an
nis vixit. ⁊ a morte xp̃i vſq; ad euerſio
nẽ hieruſalẽ. xl. duo anni fluxerunt. Sz
de his hactenus.

De tempeſtate in mari quam predixe
rat paulus. C. CXVIII.

Traditus ẽ pau
lus iulio centurioni vt ꝓtaxatũ
eſt. Et dedit dñs gr̃am paulo i oculis eiꝰ
vt humane tractaret eum. nec ꝓhiberet
amicos eius i ciuitatibus ꝑ quas tranſi
bat ei miniſtrare. Proſequit͛ g̃ lucas de
ꝓgreſſu itineris. Aliq̃dentes inquit nauẽ
adrumetinaꝫ incepimus nauigare. circa
aſie loca. Quidã ſillabicando volunt di
ſtinguere adrumetinaꝫ. vt dicatur ſcõm
eos nauis adrumetina. ſcz romã tendẽs.
ſed melius a nomine ciuitatis dicit adru
mẽtina. Adrumetis enim eſt ciuitas af
frice. Poſtea enumerat lucas ciuitates
ꝑ quas tranſibant. quas nõ ẽ neceſſe enu
merare. niſi in quibus aliqua geſta ſunt
nõ ꝓtermittenda. Inter cetera venerunt
liſtram. vbi habuit paulus plures ami
cos. qui miniſtrauerunt ei. Ibi inueniẽs
centurio nauem alexandrinam nauigan
tem in italiam. trãſpoſuit nos in eam. vt
dicit lucas de naui. ſcz quã prius aſcẽde
rãmus nos tranſtulit in illã. Et cũ mul
tis diebus nauigauimus lente. id eſt ven
to ire liberius ꝓhibente. tandem adnaui
gauimus crete. ⁊ inde vix deuenimus in
locũ. qui dicit͛ bomportus. ⁊ ibi multo tẽ
pore fuimus. nõ auſi ingredi mare. cũ nõ
eſſet apta nauigatio. eo q̃ ieiunium ꝓtere
riſſet. id eſt fames magna in nauigio ad
nauigandũ. reddẽs nautas infirmiores.
Vel de ieiunio. vij. mẽſis intelligi poteſt
qõ eſt inter diem ꝓpiciationis ⁊ ſcenophe
gie. ſcz inter. x. diẽ ſeptembris ⁊ .xv. ⁊ ſic
ꝓbat non eſſe tutam nauigationem. qz iã
erat ſeptimus menſis. qui inferius ẽ hie
me ſcõm hebreos. qui aparilem primũ cõ
putam. In hieme aũt nõ eſt tutum naui
gare. Vel poteſt intelligi õ ieiunio inſti
tuto in memoriaꝫ mortis godolie. qõ fit
i fine ſeptembris. Vel de ieiunio decimi
menſis. qõ ſcz fiebat in ianuario. qõ con
ſtituerunt auditis rumoribus de cõſtru
ctione templi in babilone. Cum aũt mo
leſtum eſſet centurioni ⁊ alijs q̃ non poſ
ſent nauigare. cõſolabatur eos paul⁹ di
cens. Viri video forte ex ſignis tempeſta
tis vel inſpiritu ꝓphetico. qz nõ ſine mul
to damno nõ ſoluꝫ hominis ⁊ nauis. ſed
etiam animarũ veſtrarum. poteſtis navi
gare. Centurio aũt magis credidit nau
clero ſiue nauicularioꝫ paulo id eſt dño
nauis. Nauclerus em̃ dicitur. in cui⁹ ſoꝛ
tẽ cadit dominiũ nauis. Cleros em̃ ſors
dicitur. Hocaũt compulit centurionem
magis credere naucleroꝫ paulo. qz por
tus i quo erãt nõ erat idone⁹ ad hiemandũ. ⁊ ideo cõſulebãt oẽs inde nauigare. ſi
quo modo poſſent ad aliũ portũ pruenire.
qui magis eſſet idone⁹ ad hiemandũ. Et
cõtra cõſiliũ pauli aſpirãte auſtro ad por
tũ ꝓpoſitum anhelãtes. intrauerũt mare.
Et cũ aliquantulũ ꝓceſſiſſent. inſurgẽs
ventus typhonicus. irruit cõtra nauẽ qui
dicebatur euro aquilo. Dicitur aũt ven
tus typhonicus quaſi inflans mare. ⁊ fa
ciens intumeſcere. Typhos em̃ interpꝛaꝫ
inflatio. Et cũ arrepta eſſet nauis. ⁊ non
poſſet conari ꝓtra ventũ. ceſſante remigio
ferebamur i incertũ decurrẽtes ad inſulã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

quandã q̃ dicitur cauda. ⁊ vix potuimus
sustinere scaphã de naui ī mare depositã
in adiutoriũ nauis. q̃ impetu fluctuũ fe-
rebat rapta ē. Scapha dicit̃ lenis nauicula
de vna tñ arbore concauata. Vel dicitur
modica nauis viminea crudo corio tecta
cuiusmodi vtunt̃ pirate. Et dicitur a sca
phon q̃ interp̃at̃ speculũ. q̃ huiusmo-
di nauibꝫ vtunt̃ pirate ad speculandũ et
explorandũ. ⁊ deserunt̃ huiusmodi naui
cule ī nauibꝫ. ⁊ imminẽte naufragio de-
ponunt̃ in mare ad subueniẽdũ naui. q̃
bis nauis accingit̃ ⁊ in ꝓcinctu tẽpesta-
tis aurat̃. Cũ aũt sic tẽpestate valida ia-
ctaret̃. sequẽti die fecerũt iactũ. id est eie-
ctionẽ vtensiliũ de naui.

Q̃ constitutos in piculo paulus cõ
fortauit. C. CXIX.

ET cum nec sol in
pie nec ī nocte sidera apparerẽt.
ablata erat oĩs spes salutis. Et cũ finisset
diuturnũ ieiuniũ forte uolũtariũ ꝓ amo
uenda tẽpestate. vel necessariũ q̃ forte ar
rabant̃ penuria victualiũ. oĩbus ꝓiectis ī
aquam. stans paul⁹ in medio eorũ dixit.
Sanũ erat cõsiliũ acquiescere mihi. ⁊ lu
crifacere iniuriã hãc ⁊ iacturã. Nũc tamẽ
suadeo vobis bono animo esse. Cerri esto
te q̃ nemo piclitabit̃ ex vobis. nec pariẽ-
mini iacturã nisi nauis. Astitit enim mi-
hi hac nocte angel⁹ dei cui seruio dicẽs.
Ne timeas paule. cesari oportet te assiste
re. Et ecce donauit tibi de⁹ oẽs qui naui-
gãt tecũ. i. merito tuo conseruabit. vt ne-
mo ex eis pic̃iceret̃. Propter q̃ inquit bo
no animo estote. Credo enim deo meo.
q̃ sic erit quẽadmodũ dictũ ē mihi. ⁊ in
insulã quandã oportet nos venire. Ideo
aũt de hoc p̃dicit eis veritatẽ. vt videtes
hoc impletũ. certi⁹ sperent salutem. Sed
postꝫ. xiiij. die nor supuenit circa mediã
nocẽ suspicabant̃ naute apparere sibi ali
quã regionẽ. ⁊ submittẽtes pondus plũ-
bi quo maris ꝓfunditas explorat̃. inuene
runt passus. xx. Et pusillum inde separa-
ti. inuenerũt passus. xv. ⁊ timentes ne in
aspera loca inciderẽt. de puppi mittentes
anchoras. iiij. optabant diem fieri.

De cõstantia pauli. C. CXX.

ET cũ vellẽt nau
te aufugere. dimittẽtes scaphã ī
mare. videṡ hoc paulus in spiritu. ait cẽ
turioni ⁊ militibꝫ. Nisi in naui mãserint
hoies isti. non poteṡtis salui fieri. Et sta-
tim milites absciderunt funes scaphe et
abiit ꝓ mare. Cũ aũt illuceseeret dies ro-
gabat paul⁹ omnes vt sumerẽt cibũ. vt
fortiores essent ad laborẽ sustinendum.
Quartadecima inquit dies est hodie. ex
quo expectatis serenitatez aeris. ⁊ mane-
tis ieiuni nihil accipiẽtes. Forte die illa
nihil comederãt. vel forte dies plures si-
ne cibo trãsierãt. Confortamini inquit ⁊
cibũ sumite. q̃ nec etiã capillus de capite
vestro pibit. Et hoc dicto sumebãt panez
in cõspectu omniũ cũ gratiarũ actione iuxta
morẽ soliti. ⁊ cũ fregisset cepit manducа-
re. Alij quoq̃ animequiores facti sũpse-
runt cibũ. ⁊ erant anime in naui ducente
septuaginta. Q̃ paulus credit?
est esse deus. C. CXXI.

VInc confortati
cibo. allenbãt nauẽ iactãtes tri-
ticũ in mare. Cũ aũt dies factus esset. nõ
agnoscebãt terrã. Sinũ aũt quendã cõsi
derabãt habentẽ litus. in quẽ cogitabant
si possent eicere nauẽ. Et cũ anchoras su-
stulissent cõmittebãt se mari sine conatu
nauigij. Et leuato artemone iuxta quem
vent⁹ eos ducebat. tendebãt ad litus. Ar
themo dicit̃ modicũ velũ. directioni nã-
uis port⁹ accomodatũ q̃ celeritati. Et cũ
incidissent in locũ bithalassium. impege-
rũt nauẽ. Bithalassius ꝓprie lingua terre
dicit̃ in mare, prensa. mari hinc ⁊ inde cir
cũdata. Et dicit̃ bithalassium q̃si mare bi
fidũ, terre interiectu diuisũ. Et cũ nauis

offendisset in bithalassiz. proza manebat immobilis. Puppis vo frangebaf maris impetu superueniens. Et cõsulebãt milites omnes vinctos occidi. ne forte natãto aufugerent. De verbo pauli ad centurionem. C. CXXII.

Centurio vero volens seruare paulu. phibuit hoc fieri. z permisit quorquot z quocũqz modo possent euadere. z iuxta qõ pdixerat paulus euaserũt omnes. egressi in insula q vocabaf militene. Et cũ egressi essent barbari. habitatores ĩsule officia humanitatis diligenter exhibuerũt eis. Accensa enim pyra reficiebãt eos. Et dum paulus colligeret sarmẽta z cõgereret in piram. vipa inter sarmẽta latens adhesit manui ei⁹. Cũ aũt viderẽt barbari viperam in manu ei⁹ pendentẽ. ad inuicẽ dicebant. Utiqz homicida ẽ homo iste. nã cũ de naufragio euaserit. vltio diuina eum amplius viuere non pmittit. Excutiens aũt paulus viperã in ignẽ. nihil mali passus est. At illi expectabãt vt intumesceret manus ei⁹. qz rumor solet sequi post venẽ. Et cũ diu expectassent. z nullã in manu eius deprehenderẽt lesionẽ. cõuertentes faciẽ suã ad se inuicẽ dicebãt. Homo iste deus est. Qõ sanauit principis patrẽ z alios. C. CXXIII.

Contigit aũt patrẽ publij principis insule febribus z dissenteria laborare. id ẽ fluxu ventris. Ad quẽ cũ paulus introisset. z orando imposuisset ei manꝰ. sanauit eũ. Quo facto omnes qui erãt in insula infirmi accedebãt ad eũ z sanabanf. Post menses aũt tres inuenerũt nauẽ alexandrinã q ĩ insula militene hiemauerat. cui nomen erat castrũ insigne. cui sz insule quia adhuc ibi apparebãt quorũdã castroz vestigia q antiquitus ibi fuerãt edificata. vel cui naui qz ĩ modũ castroz erãt insignia velis intexta. Alia trãslatio habẽt cui erat insigne castroz. qz gemini sunt castores sz castor z pollux quos gẽtiles pcipue in periculo maris inuocãt. z ideo in litore maris eis tẽplũ fecerũt. Hoc aũt ex alia trãslatione euidẽtius ẽ vbi habef. cui erat insigne filioz iouis. Fabulanf em gẽtiles castorẽ z polluce fuisse filios iouis. Cum aũt ascẽderẽt nauẽ. multis honorib⁹ honorauerũt nos. z poluerũt necessaria ĩ naui. Et cũ venissent syracusam. manserunt ibi triduo. z inde venerũt regium. z inde post vnũ diẽ flante austro venerũt puteolos. p quo alq libri habẽt puteolosim. Et ẽ nomẽ insule. vbi inuenerũt fratres. z rogati ab eis manserũt ibi septẽ dieb⁹. Cũ aũt audissent aduẽtũ eoz fratres qui erãt rome occurrerunt eis vsqz ad forum apij. id est ab apio ĩ litore maris cõstitutũ. vt de nocte applicãtes ibi inuenirẽt victualia venalia. vbi cõstituerãt tres tabernas. tres sz domos in litore. in quibo exponerentur cibi venales.

Qõ receptus est a fratribus christianis. C. CXXIIII.

Et cum vidisset paul⁹ fratres ad se veniẽtes. gratias agens deo accepit fiduciã. munus sz timuit. Et qz ante aduẽtũ pauli iã rome erãt xpiani. patet ex hoc loco petrũ z paulum nõ primo pdicasse romanis. Qõ si qñqz legaf de cõstitutiõe fidei. intelligẽdũ ẽ nõ de primaria instructiõe. Cũ aũt venissent romã. nõdũ erat nero cõfirmatus in regno. nec inualuerat nequicia ei⁹. Et audiẽs cõtrouersiã esse de lege iudeorum z xpianoz vilipẽdit. Et pmissus est paul⁹ libere ire p ciuitatẽ. cũ vno tñ militeẽ custodiẽte. Timuit aũt ne forte iudei qui psecuti eũ erãt ĩ iudea. misissent lras ad iudeos qui erãt rome. vt ĩ dolo eũ occiderẽt. Ideoqz post tercũ diem cõuocauit primos iudeoz. Et cũ cõuenissent. dicebat eis. Ego fratres nõ veni gentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

meam accusare. sed coactus sum appellare ad cesarem. qz iniuste traditꝰ sum a iudeis in manus romanoꝝ. ¶Propterea volo vos fratres scire. qz nulla est causa mortis mee. nisi qz ꝑdico resurrectionẽ mortuoꝝ. Et illi dixerũt ad eũ. ¶Nec lras accepim? de te a iudea. nec aduenies aliquis fratrũ locutus ẽ de te malũ. Volum? aũt a te audire q̃ sentis de secta christianorũ cui adheres. audiuim? enim ꝙ ei vbiq̃ cõtradicit. Et die assignata venerunt ad eũ plures in hospiciũ suũ quibus exponebat legẽ. et pphetas. ꝑdicans de iesu a mane vsq̃ ad vesperam. Et quidaz credebant his q̃ dicebanꝫ. alij nõ credebãt. Et cum discederẽt dissentientes. cepit eos paulus arguere in hũc modũ. Bñ spũs sanct? de vobis locutus ẽ ꝑ isaiam dicẽs. Vade ad populũ istũ. et dic ad eos. Aure audietis nec intelligetis. et videtes videbitis. et nõ ꝑcipietis. Incrassatuz est enim cor populi huius? et aurib? grauiter audierunt. et oculos suos cõpresserũt. ne forte videãt oculis. et auribus audiant. et cõuertanꝫ. et sanem eos. qñ in gentibus missum est hoc salutare dei. et ipi audient.

Quo tpe libere ꝑdicauit. C.CXXV

¶Mansit autẽ paulus toto biennio in hospicio qõ ipe conduxerat in libera custodia. et suscipiebat omnes qui ingrediebanꝫ ad euz. ꝑdicans verbũ dei. et docens de dño iesu christo cũ omni fiducia sine ꝓhibitione. Et vide qz ante aduẽtũ pauli romã iam regnauerat nero duobus annis. Et veniens romam. ꝑ bienniũ fuit in libera custodia. et postea ꝑ decenniũ in magis libera. qz nero nõdũ cõfirmat? i regno erat. et dedit ei liberã licentiã deambulãdi. et circũeundi ꝑ ptes occidentis. et ꝑdicandi.

Quo neronis imperij anno passus fuerit. C.CXXVI.

¶Vartodecimo anno imperij neronis. cũ iam eius nequicia inualuisset. et iam in iudeos cõspirasset. positus ẽ paulus rome in carcere. vbi multos de familia neronis cõuertit. et familiaritatẽ senece magistri neronis sibi cõparauit. Et eodẽ. xiiij. anno vltimo scz impij neronis martirio coronati sunt ipe et petrus. Vnde patet eos errare qui dicũt nõ eadem die occisos esse. nisi intelligatur eadẽ die anno reuoluto. qõ stare non potest. cũ constet eodẽ anno scz. xiij. esse occisos et eadem die.

In quibus locis puniti fuerint petr? et paulus. C.CXXVII.

¶De loco aũt videtur minus sentire quidã. qui putant in eodem loco occisos. qz legit. Glorioſi principes terre. quomodo in vita sua dilexerũt se. ita et in morte nõ sunt separati. Port? tamen videtur paulus tanq̃ ciuis honorabilioꝛi morte occisus. quia gladiatus. et in catbacumbis versus occidentem. ¶Petrus vero crucifixus in vaticano in vico scz qui est extra ciuitatem vbi fiebant tolia. et ita paulus honorabiliori morte mortuus est. Gladio enim ꝓmebantur nobiles. et in loco magis honorabili. scz in catbacumbis.

Incarnationis dñice ãno. Mcccclxxiij. preclarũ hoc opus Scolastice historie. factoribus Johanne de Grenningen. nec nõ Heinrico de Inguiler impressorie artis magistris. in inclita Argentinoꝝ ciuitate possibili emendatione ꝓuia impssuz Mensis augusti die. xxviij. feliciter est consummatum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.8